Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

P

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

P

SVMMIS labris comprimitur, nec sonum ederet, nisi vocalis succurreret hærenti, quod vitium & cæterorũ elementorum, quæ ἄφωνα vocant, commune est omnium, tenuem sortitur sonum, ut est elementorũ natura, quæ ψιλὰ appellant.

P. Litera muta est, nec aspirationem post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, ut Phæton. Convertitur quandoq; in transferendis ἐχεμβοις Græcis p in b: ut quod apud Græcos ναῦβος, apud nostros scribitur, Pyrrhus, Burrhus. Interdũ p exile pro ph aspirato poni solet: ut quod à Græcis φωκίων, cum ph aspirata scribitur, à nostris Puniceus transfertur: sic πορφύρεον, Purpureum dicimus. Quin & contrà ubi illi p exile ponũt, Latini saepissimè aspiratam ponunt, ut quod illi ὑψηλὸν, nos Hypsibile, scribere solemus.

P. In notis antiquorum, Pupillus. P. Posuit, vel pes, vel passus, vel Publius.

P ante A.

PACE. P. R. In notis antiquorum, Pace populo Romano, P. AEL. AVG. L. IB. Publius Aelius Augusti libertus. PAL. Palmens. PAR. Parentum. PARTH. Parthicus. PAT. Patritius PADIG. vel P.G. Patritiatus dignitas. P.C. Pactum conventem P.C. Pecunia constituta. P.D. Publicè dedit.

Pābulum, li, n.t. Propriè pecudum, & aliorum brutorũ cibus herbaceus, fœnicius, palcaceus, vel frumentitius est. [יְרָק *berák, מִסְפּוֹא מִתְבֶּן ספּוּא, ספּוּא, מִזוֹן.* Gall. *Pasture, fourrage.* Ital. *Pastura, pastolo.* Ger. Futer. Bel. Voeder. Hisp. *El pasto de bestias ganado.* Pol. *Pasz, Paszwa.* Vng. *Abrak lo eledel.* Ang. *Forage, foder or meat for beasts.*] Cæsar 1. belli Gallici: Ipse, quum pabuli copia ex agris incoperet, ad exercitum venit. Idem de bell. civil. 1: Multum frumenti ex omni provincia comportabatur, magna copia pabuli supportabat. Et eodem libro: Magnum in timorem Afranius, Petreiusq; pervenerunt, ne omninò frumento pabuloq; intercluderentur. Virg. 1. Aenecid. priusquã Pabula gustassent Troia, Xanthumq; bibissent. Idem 12. Aenecid. Pervolat, & pẽnis ita atria lustrat hirundo, Pabula parva legens, nidisq; loquacibus escas. ¶ Translatè etiam dicitur studii, amoris, & animi pabulum. Cicero in Catone: Si verò (inquit) haberet senectus aliquod tanquam pabulum studii & doctrinæ, nihil est eorũ senectute jucũdius. Lucretius lib. 4: Nam si abest quod ames, præsto simulacra tamen sunt illius, & nomen dulce obversatur ad aures: Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris Abstinere sibi, atq; aliò convertere mentem. Cicero 4. Academ. Est enim animorum, ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatioq;. Idem de arusp. resp. Quid enim hunc prosequor, pecudem ac beluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum? Ovid. 8. Metamorph. dederatq; gravi nova pabula morbo.

Pābulāris, pabulare, om. t. Quod ad pabulũ pertinet, seu quod pro pabulo datur. [ὀψωνιακὸς. Gal. *Qui va donner aux bestes, appartenant à pasture.* Ital. *Cio che si appartiene à pasco.* Ger. Zu dem futer dienend. Hisp. *Cosa perteneciente tal pasto.* Pol. *Pasterni.* Vng. *Abrakhozo.* An. *Pertayning to forage, foder or to meat of beastes.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Vicia pabularis, & vicia seminalis. Idem lib. 2. cap. 14: De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari vicia. Plin. lib. 18. cap. 16: Omnia hæc pabularia.

Pābŭlātĭo, onis, d. p. Castrense verbum est, quemadmodũ Lignor, & Aquor. [ὀψωνία. Gall. *Fourrager, paistre, repaistre.* Ital. *Pastolare.* Germ. Auff die fütterung gehen oder reiten, auff die fäter fahren. Bel. Voeder vergaderen, weyden. Hisp. *Ir à buscar tal pasto.* Pol. *Paszenie.* Vng. *Abrakozás, abrakot gywyték.* Ang. *To go a foraging.*] Dicuntur cum propriè Pabulari milites, quum è castris cum falcibus egressi, pabulum in usum jumentorũ ex agris in castra comportant. Val. Maxim. lib. 3. cap. 6: Id postquã cognovit, depositis insignibus Imperii, familiarem vultum induit, ac pabulantium hostium globo sese objecit. ¶ Interdũ Pabulari, est pascere. Col. lib. 7. cap. 6. de capellis loquens: Subinde quæ interdit, compesci debet, ne procurrat, sed placidè, ac scitè pabuletur, ut & largi sit uberis.

Pābŭlātĭo, nis, f. t. Aliquando est actus ipse pabulandi: nomẽq; est castrense, quemadmodum Aquatio & Lignatio. [ὀψωνία, ης. Gall. *Pasture ou fourrage, le fait d'aller au fourrage.* Ital. *Pastura.* Ger. Das aufftreten oder auffreiten auff die fütterung. Hisp. *Obra de buscar tal pasto.* Pol. *Pascenie.* Vng. *Abrakozás abrak gywyés.* Ang. *A preuding of forage, a foraging.*] Est enim pabulatio proprie militum, quum scilicet in agrum egrediũtur cum falcibus capiẽdi pabuli causa. Cæsar 7. bell. Gall. Omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando invenitur pro ipso pabulo. Varro 3. de Re rust. cap. 16: Si è bono loco transtuleris ubi idonea pabulatio non est, fugitivæ fiunt de apibus.

Pābŭlātŏr, oris, m. t. Qui pabulatum vadit [ὁ ὀψωνήσων πορευόμενος. Gall. *Fourrageur, qui va au fourrage.* Ital. *Pasolatore.* Ger. Der auff die fütere fahrt oder geht/ futer dem Vych zu samlen. Hisp. *El que suele ir à pastar tal pasto.* Pol. *Piczwnik.* Vng. *Abrakozó.* Ang. *A forageour, a prouider of foode, foder or forage.*] Cæsar 5. belli Gallici: Repentè ex omnibus partibus ad pabulatores advolarunt. Liv. 9. belli Punici: Deindè quũ in pabulatores Romanos impetus repentè ab equitibus Hispanis factus esset, &c.

Pābŭlātōrĭus, adject. [τῶ σιτου ἢ χορτου ὠνητικὸς ἐστιν ὁ. Gall. *Qui sert au fourrage.* Ital. *Cosa da pascolo.* Ger. Das zu der füterung gehört. Hisp. *Perteneciente à pasto.* Pol. *Piczwny.* Vng. *Abrakos.* Ang. *That serueth for forage or foder.*] ut, Pabulatoria corbis, in qua reponũtur pabula. Col. lib. 6. cap. 3: Si grano abstinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

Pacatus, Vide Pax.

Păcīscŏr, scĕris, pactus, d. t. Pactum facio, convenio, cõtraho. [שׁוּם *sahdáh, συμφώνησον, συνομολόγησον, συνθήκην, διαμεσολάβησον, διαλλαγῆναι.* Gall. *Pactionner, contracter.* Ital. *Pattuire, pattegiare.* Ger. Ein vertrag oder pact machen/ mit einander vbertommen. Bel. Een compact oft verdrach maken. Hisp. *Pactear ò hazer pacto.* Pol. *Vgadzam sie, Zakl'ad czynie, Pact czynie.* Vng. *Fãl fogadam, fog adatt fogadok.* Ang. *To bargaine, to indent, to make a couenant.*] Pacisci cum aliquo. Plaut. in Bach. Pacisci cum illo paulula pecunia potes. ¶ Dicimus etiam Pactus sum hanc rem. Justin. lib. 2: Cum Xerxe nuptias filiæ ejus pacisci tur. Salust. in Iugur. Adherbali suadent ut sese & oppidum Iugurthæ tradat: tantùm ab eo vitam pacisci atur. Virg. 5. Aen.: vitãq; volunt pro laude pacisci. ¶ Ponitur aliquãdo pro Promitto. Plautus in Trin. Hæc tibi pacta est Callicli filia? Id est, éstne tibi promissa? Cicer. Att. lib. 5: Nec dubitat Dejotarus, cujus filio pacta est Attavasdis filia, quin cum omnibus copiis, &c. ¶ Pacisci autem, & transigere hoc differunt, quòd is qui transigit quasi de re dubia & lite incerta neq; finita transigit: qui verò pacisci tur, donationis causa tem certam & indubitatam liberalitate remittit. l. j. De transact.

Pactŏr, oris, m. t. [ὁμολογητὴς, συνθέτης. Gall. *Faiseur de contracts & accords.* Ital. *Che fa contratti & accordi.* Ger. Ein Vertrager/ Vereiniger/ Verthädinger. Hisp. *El que hazer pactos.* Pol. *Vgadzaiacz.* Ang. *He that maketh contract, bargaine or couenant.*] Cic. 7. Verr. An fœderum interpretes, socieratis pactores, religionis autores? Hujus compositũ est Depacisco, sive Depecisco: de quo suo loco diximus.

Pactum, n. s. particip. est à pacisco, Pacto decretum. [τὸ διαμεσολάβησθαι. Gall. *Pacte ou, accordé, convenu.* Ital. *Patuito.* Ger. Angedinget/ zu dem vertrag abgeredt. Hisp. *Pacheado.* Pol. *Stanowienie, Vgoda, Vmowa, Zakl'ad.* Vng. *Fogado.* Ang. *A bargaine, or couenant.*] Plaut. in Asin. Hinc inerunt vigiti minæ bonæ, mala opera partæ, Hæ tibi nos pactis legibus dare jussit. Id est, ea conditione, de qua inter vos cõvenit. ¶ Aliquãdo nomen est, & ponitur pro cõsensu & cõventione. [בְּרִית *berith, συνθήκαι.* Gall. *Convention, paction.* Ital. *Patto.* Ger. Ein vertrag/ etwas darein beyde partheyen verwilligen/ ein vereinigung. Hisp. *Pacto.*] Cic. 2. de Invent. sic definit: Pactũ est quod inter aliquos convenit, quod jam ita justum putetur, ut jure præstari dicatur. Idem 3. Offic. Pacta & promissa sempẽrne servanda sint, quæ nec vi, nec dolo (ut prætores solent dicere) facta sint. Vlp. de Pollic. l. Pactum: Pactum est duorum consensus atq; conventio: Pollicitatio verò, offerentis solius promissum. ¶ In ablativo quandoq; accipitur pro Modo. τρόπῳ. Terent. in Andr. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum cognosces.

Pactĭtĭus, a, um, adject. Vulgò *Conventionalis* dicitur. συνθηκικὸς. Gell. lib. 1. cap. 25: Cessatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

Pactĭo, onis, f. t. Est (ut inquit Vlp. l. j. ff. de Pact.) duorum pluriumvè in idem cõsensus. [בְּרִית *berith, ὁμολογία, συνθήκη, συμβολαιογραφία, συμβόλαιον.* Gall. *Paction, convention.* Ital. *Patto, convenzione.* Germ. Ein vertrag oder abred so mit beyder theilen vermittlung gemacht wird/ uno werden. Bel. Een Compact. Hisp. *Pacto, ò la obra de pactiar.* Pol. *Vmowienie, Vkładzienie, Przymierze.* Vng. *Fogadozás meg alkondás.* Ang. *A couenant or bargaine.*] Sallust. in Catil. Collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra Rempub. dissentiret. Cic. lib. 3. Offic. Regulus non debuit conditiones pactionesq;, bellicas & hostiles perturbare perjurio.

Păco, pacas, Vide Pax.

Pactĭlis, Vide Pango.

Pactitius, a, um, Vide Pactum in Paciscor.

Pactum. Vide paciscor.

Pæanitidēs, *παιανῖτις*, Gemmæ sunt speciē habētes aquæ glaciatæ, (ut Plin inquit) quæ in Macedonia circa Tiresiæ sepulcrum inveniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eqdē & Gemonides dicuntur. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Pædagogus, gi, pen. prod. [*παιδαγωγός*. Gall. *Pedagogue, qui a la charge de mener vn enfant.* Ital. *Pedagogo, pedante.* Ger. Ein Zuchtmeister oder Schulmeister der Jugent. Hisp. *Maestro de ninos.* Pol. *Vczytiel, dozorca mi edzyi.* Vng. *Gyermek tanito Zolga gyermek tanito mester.* Ang. *A pedagoge, that hath the charge to guyde children.*] Custos & institutor pueri, cui cura incumbit pueru instituendi, & vestigia ejus subsequendi, eumq; quocunque opus fuerit, circumducendi: ita dictus quasi *τὸν παῖδα ἀγωγός*: hoc est, pueri dux. Columella lib. 1: Nec postremò, quasi pædagogi ejus, meminisse dedignemur Iulii Higini. Cicero de Amicitia: isto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi.

Pædagogium, Cubiculum puerorum: id est, servorum. [Vng. *Zolgalo gyermekek hazaia.*] Plin. Epist. lib. 7. Rufo: Puer in pedagogio mixtus pluribus dormiebat.

Pædagogium, gii, n. s. [Germ. Ein verthauß da die Kinder vnd Knecht wohnen: item, ein Kinderschul. Pol. *Gmach ubi servi dzieci y pl agami uczyskaia.* An. *A schole, also a place where children and servantes lodge.*] Locus est in ædibus in quo pueri, servique commorantur, qui à Gentilibus *mancipia* vocantur. Plin. lib. epist. Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat. ¶ Accipitur etiam Pædagogium apud Iurisconsultos pro servitio: hoc est, pro servorum & mancipiorum grege. Vlpian. l. quæsitum de Fundo instructo & instrum. legat. Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut quum ibi venisset, præstò essent in triclinio, legato cōtinentur. Calpinus putavit Pædagogium aliquando accipi pro puerorum concubitu, adducens illud Suetonii ex ca. 22. li. 9: Superingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, etiam Rubriæ virginis Vestali stuprum intulit. Sed fallitur nam in castigationibus exemplaribus Prosagogia legimus, non Pædagogia. Est autem *προσαγωγεῖον*, Græca dictio, quæ nobis productionem, vel prostitutionem sonat, *ἀπὸ τοῦ προσαγωγεῖν*, quod est producere vel prostituere.

Pæderastēs, [שדרן *kadhesh. παιδεραστὴς.*] Amator puerorum: quasi *vult παῖδας ἐρᾶσθαι*. Inde Pæderastia, *παιδεραστία*, Amor obscœnus in pueros.

Pæderōs. Pæderōtis, *παιδέρως*, Gemma est quam alio nomine Opalus vocamus, nonnulli etiam Sangeum: ita dicta, teste Plin. lib. 37. cap. 6. propter eximiam gemmæ ejus gratiam. *παιδέρως* enim nobis puerorum amorem significat. ¶ Est etiam Pæderos, eodem Plin. teste lib. 22. acanthi genus, quod à nonnullis Melamphyllon appellatur.

Pædia. [Græcè *παιδεία*. Ger. Zucht/vnderweisung/vnd lehr in allen guten dingen. Pol. *Czuienie.*] Disciplina institutioq; ad bonas artes, eductio, ut docet Gellius. Hinc Xenophon nobilis apud Græcos historicor. opus suum Cyri pædian inscripsit.

Pædico, as, pen. prod. Verbū obscenæ significationis, & Catullo veteribusq; poëtis aliis usitatum.

Pædicōnes, sive Pædicatores, Puerorum amatores, concubitoresq; *παιδικοί*.

Pædomathēis, *παιδομαθεῖς*, Qui à pueris statim discunt, quibus opponuntur Optimatheis, *ἀριστομαθεῖς*, qui scilicet seriùs & iam natu grandes ad discendum accedunt.

Pædor, pēdoris, pen. prod. in t. Situs, squallor, illuvies, sordes, & omnis immunditia, seu putor. [לכלוך *pigghul. αἰσχρότης*, vn&. Gall. *Crasse, ordure.* Ital. *Bruzzura, immondizia, sozzura muffa.* Ger. Wust/vnrath/ vnflat vnd gestanck. Hisp. *Hedor y hedundez.* Pol. *Smrod, plugastwo.* Vng. *Penzesseg, ersmansag, fertozetseg.* Ang. *Slouthfulle filthinesse.*] Lucanus lib. 2: longusq; in carcere pædor. Cic. 3. Tusc. Barba pædore horrida, atq; intonsa infusicat pectus illuvie fœdabem. Festus putat *διὰ τὸν παῖδων*: hoc est, à pueris deduci, qui in illa ætatula sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere. Vnde Pædidos quoq; & sordidos & obsoletos appellant.

Pædotribēs, pen. prod. [*παιδοτρίβης*. Ger. Schulmeister/Zuchtmeister. Pol. *Mistrz mlode lubiey vyfolicz cwiczacz.*] vel Pædotriba, bæ, Puerorum institutor in corpore exercendo: cujus officiū (ut inquit Plato in Gorgia) est, corpora hominum formosa robustaq; efficere.

Pædotribā, *παιδοτριβία*, Dicitur ars exercēdi puerorum corpora, unde Aristot. lib. 7. Polit. præcipit adolescentes statim Gymnasticæ, & Pædotribæ esse tradendos.

Pægnĭum, *παίγνιον*, Græca vox est quæ nobis ludum sonat, vel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: Technopægnium, lūdicrum quoddam poema ab Ausonio inscriptum est.

Pæōnĭa, æ. p. [*παιωνία*. Gall. *Pyonisse.* Ital. *Peonia.* Ger. Pionien oder Bonnica wurtzen. Hisp. *Rosa mortes.* Pol. *Pywonia.*] Herba est insignis, in summo caule siliquas quasdam ferens amygdalis similes: quæ quū dehiscunt, grana multa & exigua offerunt. Punici mali acinis similia, in medio nigra, quædam rubra, quinque aut sex purpurea. Ejus duo sunt genera, Mas & Fœmina, foliis præcipuè distincta: mas enim folia habet juglandis, fœmina verò smyrnii. Dicta est autem Pæonia à Pæone inventore, qui ea Plutonem curasse dicitur ab Hercule vulneratum, ut fabulatur Hom. 5. Iliad.

Pætus, m. s. [Germ. Der docke augen hat: das ist, wenn das auge den augkern nur halb bedeckt: alß wenn einer die augen halb offen hette/ gar ausgwbersichtig. Pol. *Mrozyk.* An. *He that looketh a squint wyward.*] Qui obliquatis oculis in altum respicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Horat. 1. Serm. Sat. 3: Strabonē appellat Pætum pater, & pullum malè parvus Si cui filius est. Vbi interpres Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis dicturi: Pætus leviter declinatis. Acron ibidem: Pæti propriè dicuntur, quorum huc atq; illuc oculi velociter vertuntur. Hinc Aelforum familiā Romæ cognomen sumpsit.

Paganicus. Paganus, Vide Pagus.

Pages. Compactio dicitur, licet simplex vix inveniatur, sed cōpositatur, Compages, *συναρμὸς*.

Pāgĭna, æ, pen. corr. f. p. Vtraq; para folii, à pangendo, quòd in paginis carmina pangantur: id est, figuntur. [*Index.* Gall. *Vne page.* Ital. *L'vna & l'altra faciata della carta.* Ger. Ein Blat in beyden seiten. Hisp. *Vna qualquiera hoja de libro.* Pol. *Karta pisma.* Vng. *Level lap.* Ang. *The syde of a leaf in a booke.*] Vellus enim pangi vel figi in ceris dicuntur, Vel quòd in libris fasciæ quæq; obtineant regionem, ut pagi. Cic. ad Tironem lib. 16: Vanè fuim affectus tuis literis, valde priore pagina perturbatus. ¶ Plin. lib. 17. cap. 22: Paginas in vitibus vocat areas interseptas inter duo juga. Semper (*inquit*) quintanis seminibus hoc est, ut quinto quoq; palo singulæ jugo paginæ includantur. ¶ Paginam utranq; facere in re aliqua dicitur, cujus tanta est autoritas ut nihil omninò sine ipso rerum geratur. Plin. lib. 12. cap. 7. de fortuna loquens: Huic (*inquit*) omnia expensa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium solet utranq; facit pagiaam. Hinc pagella diminutivum. Cicer. ad Brutum lib. 11: Non imitor *λακωνισμὸν* tuum, altera jam pagella procedit. ¶ Hinc fit Compagino, pro conjungo, quod paginæ simul conjungantur *συναρμόζω*.

Pagĭuncŭla, læ, diminutivum à pagina. [*σελίδιον*. Gall. *Petite page.* Ital. *Piccola carta.* Ger. Ein bletlin. Hisp. *Pequenna hoja.* Pol. *Kartka.* Vng. *Leuelecske.* Ang. *A litle fyde of a leaf in a booke.*] Cicer. ad Attic. lib. 4: Si verò id est quod nescio an sit, ut non minus longas jam in codicillorum fastis funyorum Consulum paginulas habeat quàm fatorum.

Pago, gis, pepigi, pactum, Paciscor, antiquum verbum, Quintiliano autore lib. 1. cap. 10. [פגע *yabādh. συνθήκην.* Gall. *Faire quelque marché, contracter ou accord.* Ital. *Pattuire far patto.* Ger. Ein vertrag oder tādung machen. Hisp. *Pactar, hazer pacto.* Pol. *Zakl ad czynic.* Vng. *Vkl fogadom.* Ang. *To promyse, to make a bargaine or covenant.*] Pacta sunt, quę legibus observanda sunt hoc modo: Rem ubi pagunt, oratione pagunt. Servius tamen dixit Pago (unde multi volunt venire Pepigi) nusquam lectum esse, vultq, Pepigi à Paciscor fieri, sicut & pactus, quomodo à Placeo, placui, & placitus.

Pagonoton, Tussilago, vel Bacchion, apud Dioscor. libro 2. cap. 124.

Pāgrus. [*πάγρος*. Ger. Meerbrebo / von etlichen Meerfyanen genannt.] Piscis est ex genere cancrorum. Plin. lib. 32. cap. 10: Pagri fluviatilis longissimus dens capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur. Plin. lib. 9. cap. 32: Cancrorum genera cambi, astaci, maiæ, paguri, leones, & alia ignobiliora.

Pāgūrus, *πάγουρος*, Est de genere cancrorum: post maximus: de quo Plin. lib. 9. cap. 32.

Pāgus, pagi, m. s. Vicus, ubi multa ædificia rustica sunt conjuncta. [כפר *chofer* עיר *perazim. κώμη.* Gall. *Vn gros village ou bourg.* Ital. *Villa.* Ger. Ein Dorff. Hisp. *El barrio o aldea.* Pol. *Wies.* Vng. *Falu.* Ang. *A village in the country.*] ἀπὸ τῶν πηγῶν: hoc est, à fontibus circa quos rustici gaudent habitare, ut facilis sit aquatio. Autor Festus. ¶ Pagus præterea accipitur pro tota jurisdictionis tractu: unde Cæsar libro 1. bell. Gall. scribit Helvetiam totam in quatuor fuisse divisam pagos. Hodie trecim numerantur. Galli sua lingua vocant *Cantones*.

Pagātim, adverbium, Per singulos pagos. [*κωμηδόν*. Gall. *De bourg en bourg, de village en village.* Ital. *De villa in villa.* Ger. Von dorff zu dorff/durch alle dörffer. Hisp. *De aldea en aldea.* Pol. *Powsiach.* Vng. *Falonkent.* Ang. *Village by village.*] Liv. 2. bell. Maced.

hæc Templa deûm, quæ pagatim sacrata habebant, dirui vel incendi iussit.

Pāgānus, a, um, m. Á pago dictus est, Rusticus, qui scilicet rure natus est, & educatus. [עמי peraz. κωμήτης, κωμικός. Gall. *Villageois, rustic, paysan.* Ital. *Rustico, villano.* Germ. Ein Dorffmann/ Gemeinmann. Hisp. *Cosa de aldea, rustico.* Pol. Wieśniak, obl op, plan, siedlak. Vng. Kmfoldi, parasz. Ang. *An vplandyshman, that dwelleth in a village.*] Cicer. pro domo sua: Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani (quoniam plebi quoq; urbanæ majores nostri conventicula, & quasi concilia quædã esse voluerunt) qui nõ amplissimè non modò de salute mea, sed etiã de dignitate decreverint. Iuven. Satyr. 16: ritiùs fallum producere testem Contra paganum possis, quàm vera loquentem Contra fortunam armati. Hinc Semipaganus, semirusticus. Persius per translationem, arrogantiam vitans, ait: ipse semipaganus, Ad sacra vatum carmen affero nostrum. ¶ Interdum Pagani accipiuntur pro hominibus non militaribus, tametsi urbani sunt. μιγάδες, ἀμφότεροι. Et est verbum peculiare iureconsultorum, à quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur Miles, Paganus. Sueton. de Augusto: Pinarium equitem Romanum, quum concionante se, admissa tuba paganorum apud milites subsenbere quædam animadvertisset, curiosum & speculatorem ratus, coram fodi imperavit. Vlpian. l. tractabatur. ff. de militari testamento: Est receptum à divo Pio, in eo qui quum esset paganus, fecit testamentum, mox militare cœpit. Marcellus l. quædam. ff. de Pœnis: Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leviorem pœnam irroganti militi verò graviorem. ¶ Quare autem Pagani dicantur etiam ii qui urbani sunt, hæc affertur ratio, Romam olim divisam fuisse in tribus quatuor, (sicut apud Dionysium lib. 4. Antiquitatum legitur) quas Pagos vocitabant, in quibus habitantes Pagani dicebantur, qui nullam in aliam habitationem transferri poterant. Hinc factum ut Paganus pro ciue sumatur, qui nunquam militaverit. Et Pagano miles opponitur. Ob id à Hieronymo cæterisq; Ecclesiasticis scriptoribus Pagani appellati Ethnici, qui non sub Christi vexillo militarent. Apud Plin. Pagana lex, qua rustici utuntur.

Pāgānus, Pagana, paganum, adiectivum: [עמי peraz. ἀγροῖκος, κωμικός. Gall. *De village.* Ital. *Di villa.* Ger. Dem Dorffe/ dienstlich. Hisp. *De huerto ò aldea.* Pol. Cześnicki. Vng. *Falubeli kreslő tól.* Ang. *belonging to a village.*] ut, Fercula pagana. Propert. lib. 4. Eleg. 4: Annua pastorum convivia, lusus in urbe, Quum pagana madent fercula divitiis. Ovid. 1. Fastor. Pagus agat festum, pagum lustrate coloni. Et date paganis annua liba focis.

Pāgānĭcŭs, ca, cum, Quod paganorum est: hoc est, quod ad rusticos pertinet. Vnde Paganicum peculium, vel Paganicum ablatum, dicitur quod ex prædiis, vel pastione, aliisve rusticis tributis provenit: cui opponitur Castrense. Anton. in l. j. C. de Testamen. militar. Frater tuus miles, si te specialiter de bonis quæ in Paganico habeat, hæredẽ fecit, bona quæ in castris rebique, petere non potes. ¶ Paganica pila dicitur à pagis: id est, villis, quòd pagani ea uterentur: hæc est crassior, laxiorq;, & plumæ plena, nec ad usum tam agilis, ut quæ nec tàm levis sit, nec iactata facilè resiliat. Martialis libro 4: Et quæ difficilis turget paganica pluma, Follè minus laxa est, & minus arcta pila. Quæ dicat, est laxior quàm pila trigonalis, & arctior firmiore, quàm follis: nam follis, tertium genus pilæ est.

Pāgānālĭă, ium, n. l. κωμητικά, Feriæ, quibus sacra fiebant Cereri & Tellure à paganis frugum & sementorum causa. Dictæ etiam hæ feriæ sunt paganicæ: quanquam Varro distinguere videtur: quòd paganalia sint privatæ feriæ alicuius pagi: paganicæ verò omnium pagorum.

Pālă, æ. Instrumentum rusticanum vulgò notum: dicta à pangendo, mutato g in l, inquit Varro libro 4. de lingua Latina. [מגרה mahăsh. σκαλίς. Gall. *Vne pelle.* Ital. *Pala, badile.* Ger. Ein Schauffel. Hisp. *Pala, instrumento para trasspalar.* Pol. Łopata. Vng. Kapa/ásó/lapat. Ang. *A shouell or spade.*] Plautus: Palas vendundas tibi & mergas datas, ut hortum fodiat. ¶ Est etiam pala instrumentum quo panis in furnum immittitur & extrahitur. Cato cap. 11. de Re rustic. Palæ ligneæ quatuor: ferreo ventilabrum. ¶ Item quoddam ignis receptaculum. ¶ Sunt etiã palæ dorsi partes dextra, lævaq; eminentes. ¶ Itẽ (inquit Strabo lib. 3.) minores auri purgationis massulæ, & utiq; non majores testibus palæ dicuntur. Plinius lib. 34. cap. 13. In æraria officinis & phlegma fit, jam liquato ære, atq; per vasa additis etiamnum carbonibus, paulatimq; accensis, ac repente vehementiori flatu expulitur æris pala quædam. Sic eam legit Budæus de Asse, licet in quibusdam codicibus legatur palea. ¶ Pala quoq; anuli pars cava est & latior, in qua gemma inseritur. [משבצת mishbetsah. σφενδόνη.] Cicer. lib. 3. Officiorum: ibi quum palam ejus anuli ad palmam converteret, à nullo videbatur.

Pălă, æ. Arbor est apud Indos, quã describit Plin. lib. 12. cap. 6. his verbis: Major alia, pomo & suavitate præcellentior, quo sapientiores Indorũ vivunt. Folium alas avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duũm. Fructum è cortice mittit, admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen palæ, pomo Arienæ. Hæc ille.

Palacra, quæ & palacrana à nonnullis appellatur, Major auri massa est. [An *A piece or wedge of gold.*] Plin. li. 33. cap. 4. de auri massis loquens: Necnõ in puteis denas excedentes libras, Palacras Hispani, alii Palacranas: idem quod minutum est, balucem vocant.

Pălæphătĭcŭs, a, um, ut Palæphatia papyrus, Proverbio dicitur de libellis fabulosis, qui nil nisi meras fabulas, resq; incredibiles cõtinent. Tractum à Palæphato Pario, sive (ut alii malunt) Prienæo, qui περὶ ἀπίστων: hoc est, rerum incredibilium multa conscripsit volumina. Virgilius tamen in carmine ad Messalã, Palæphatiam papyrum, simpliciter dixit pro libris Palæphatii: Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

Pălæstră, æ, f. p. Luctatio, concertatio. [מגרה naphtúl. πάλαισμα. Gall. *La lutte, exercice à lutter.* Ital. *Palestra, lotta.* Ger. Das ringen/ein kampffspil mit ringen. Hisp. *La lucha.* Pol. Macanie, skoczenie, zapasy. Vng. Kuzdés, kuzdő hely, maga gyakorlo hely. Ang. *A wrastling place or the feat or wrastling or barriers.*] ἀπὸ τῆς παλαίστρας τὸ εὐεξίας: hoc est, à corporis agitatione. Terentius in Eunuch. Sæpe periculum in literis, Fac in palæstra, in musicis. Virgilius lib. 6. Pars in gramineis exercent membra palæstris. ¶ Accipitur etiam Palæstra, pro quàvis re, aut pro quovis etiam loco, in quo præcipuè se quis exercet. Terẽtius in Phorm. Eccum è sua palæstra exit foras: hoc est, è domo lenonis, quæ est veluti palæstra, officina quædam, & ludus amatoris. ¶ Accipitur etiam Palæstra pro decenti motu, gestuq; totius corporis, quem Galli *Contenanciam* vocant. Vnde Palæstritæ vocantur, qui in hisce corporis decentibus gestibus insigniter sunt exercitati: quemadmodum contra Apalæstri, qui talium motuum & gestuum planè sunt rudes. [παλαιστρίται, παλαισταί. Gall. *Luicteurs.* Ital. *Lottatori.* Ger. Dupesschtig/der keine geberden mit den gliderẽ nicht vben kan/der sich nicht in posses schicken kan.] Hisp. *Luchadores.* Pol. Nieczgrabowscy vścisk' uwieko. Ang. *He that vseth wrastling.*] Quintil. lib. 9. cap. 4. significare volens, orationem forẽsem nec planè numerosam esse debere, qualis Panegyricus ille adeò fama celebratus Isocratis: nec rursus numeris vacare, ità inquit: Sicut etiam quos palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Vide Budæum in prioribus Annotationibus.

Pălæstrĭcŭs, ci, m. s. Palæstrita. [παλαιστρικὸς. Gall. *Luicteur.* Ital. *Lottatore.* Ger. Ein Ringer oder Fechter. Item, der in allem seinen thun oder reden seine gebẽrden führen kan/ sich wõhlstendig in posses schicken. Hisp. *Luchador.* Pol. Zapaśnik, ścermierz, sprzssobus do kazdej rzeczy. Vng. Kuzdő, baynok. Ang. *He that vseth wrastling.*] Afranius: Depelli mihi manum per palæstricos. ¶ Dicuntur etiam Palæstrici, qui palæstram docent: hoc est, qui palestritas exercent & instituunt. ¶ Aliquando etiam Palæstricos appellatos invenimus qui motus gestusq; corporis formant, docentq; quo pacto omnes corporis partes decenter debeamus movere. Quintil. lib. 1. cap. 11: Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulùm etiam palæstricis vacaverint. Non de iis loquor quibus para vitæ in oleo, pars in vino consumitur: qui corporum cura mentem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quẽ instituimus, quàm longissimè velim. Sed nomen idem est iis à quibus gestus motusq; formantur.

Pălæstrĭcŭs, ca, cum, penult. corr. Quod pertinet ad palæstram. [παλαιστρικός. Gall. *Appartenant à luicte.* Ital. *Cosa de lotta.* Ger. Zu dem ringen gehörig. Hisp. *Cosa pertenesciente à lucha.* Pol. Zapaśniczy. Vng. Kuzdő dolog vala. Ang. *That pertaineth to wrastling.*] Plautus in Rud. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnastico & Palæstrico. ¶ Palæstricos motus dixit Cicero 1. Officior. nimis accuratos corporis gestus. Nam (ut suprà ostendimus) Palæstra aliquando accipitur pro concinno illo omnium membrorum gestu, quem Galli *Contenanciam* vocant: & Palæstrici qui hujusmodi motus docent. Verba Ciceronis sunt hæc: Nam palæstrici hujusmodi motus sæpè sunt odiosiores. Idem 4. in Verr. Nunquam vox prætorem tam palæstricum vidistis.

Pălæstrĭcē, adverb. More palestritarum. [παλαιστρικῶς. Gall. *En luicteur, en facon de luicte.* Ital. *A foggia di lotta.* Ger. Fechterischt/ wie ein Ringer oder Fechter. Hisp. *En manera de lucha.* Pol. Po zapaśniczemu, po zawodniczemu. Vng. Kuzdők módgyara. Ang. Lyk *wrastlers.*] Cicer. de Opt. gen. dic. Sed ita ut palæstricè spatiari in xysto liceat.

Pălæstrĭtă, tæ, pen. prod. m. p. Qui in palæstra se exercet. [παλαιστρικός. Gall. *Luicteur.* Ital. *Lottatore.* Ger. Ein Ringer/ Fechter/ der sich in dem kampffspil des ringens übt. Hisp. *Luchador.* Pol. Wyzwierzchacz albo Wyzwierzchnik. Ang. *A wrastler.*] Cicero 6. Verr. de Heraclii hæreditate, quam palæstritis concessisset, multò maximam partem ipsum abstulisse. Persius

Satyr. 4. Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant.

Pflam, adverb. Manifestè, apertè, in conspectu atque oculis omnium. [φανερῶς, ῥήδην, ἐμφανῶς. Gall. *Publiquement, apertement.* Ital. *Palesamente, apertamente.* Germ. Offentlich/vnverholen. Bel. Openlijck. Hisp. *Publicamente.* Pol. *Iawnie, iasnie.* Vng. *Nyilvanzkon latta mail.* Ang. *Openlie, in the sight of men.*] Contraria habet Clàm & obscurè. Plautus in Ciste. Nostro ordini palàm blandiuntur: clàm, si occasio usquam est, singulàm Subdole suffundunt. Cicero 4. Academ. Alterum quidem, ut videmus, palàm: alterum, ut suspicamur, obscurius. ¶ Palàm & Interdiu, quibus contraria Clàm & noctu. Cæsar 3. bell. Civil. Exercitum educunt, Pompeius clam & noctu, Cæsar palàm atque interdiu. ¶ Coràm ad personas certas tantùm refertur: Palàm ad omnes. Terentius in Eunuch. Sin falsum aut fictum, continuò palàm est. ¶ Hinc fit Propalàm, ejusdem significationis: à quo Propalo, las, pro manifesto, seu aperio, de quibus infrà. ¶ Palàm quæstum facere dicitur, non tantùm ea quæ in lupanario se prostituit, sed etiam siqua (ut solet) in taberna, caupona, vel qua alia domo, pudori suo non parcit. ἐν τῷ φανερῷ κερδαίνειν.

Pflangæ, Græci φάλαγγες dicunt. [Gall. *Rouleaux qu'on met sous les nauires pour les tirer en l'eau ou à bord.* Ital. *Legno longo & retondo che si mette sotto le naui per tirar le in aqua.* Ger. Wällen/sind tangrunde höltzer darauff man etwas stost/oder zeucht/ein weile. Hisp. *Las palancas de madera.* Pol. *Wał'ki iakie podkł'adaią dla ruszania.* Vng. *Sikmally.* Ang. *Rollers to conueigh ships on land or any thing of great weight.*] Sunt ligna teretia, qualia sunt quæ navigiis dum subducuntur ad littus, aut ad mare trahuntur, supponi solent. Vnde etiam nunc Palangiarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt. Varro de Vit. pop. Rom. lib. 4: Quum Pœnus in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis subjecerat, quo meta debilitaret nostros. Cæsar 2. bell. Civil. Palangis subjectis ad turrim hostium admovent. Equidem quum exemplaria permulta & manu scripta, & formis excusa volutarim, in nullo palangis, in omnibus Phalangis meminì me legisse. A Platone ἐκδρομὶς, appellantur, teste Hermolao, & Cælio; apud quos Phalangas legimus per aspirationem. Vide in dictione Phalangæ.

Pflango, gas. [φαλαγγίζω. Pol. *Walic.*] Onus aliquod hujusmodi fustibus transveho. Afranius: Et capream unam semilaceram quaterni simul palangabant. Nonius. Manet hujus verbi usus hodieque apud Italos: Spalancare enim, aperire latiùs, & in diversam rem diducere distrahereque apud illos significat.

Pflichã. [קֵמַח *tsimmuk, mikdash.* Gall. *Vn cabat, ou vne masse de figues.* Ital. *Pasta de fichi.* Ger. Ein tieg an welchem viel Feigen zusammen getruckt sind. Hisp. *Massa o pasta de higos passos.* Pol. *Brał'a gruszkowatych figow.* Vng. *Fugetezsa. fuge tesse.* Ang. *A plaister or cluster or figs.*] Græca dictio est, quæ massam Latinè significat, & propriè ficorum & caricarum. Autor Hesychius: cujus verba sunt hæc: πλάκα· ἤτοι ἐν τῷ σύνεσει ἐπιθέσεως ἰσχάδων, ἢ μαζῶν. Eadem ferè de hac re apud Suidam leges.

Pflãtim, adverb. significat Passim vagando. [κατὰ τοὺς ῥύμους. Gall. *Vagant ci & là.* Ital. *Vagando in ogni parte.* Ger. Mit hin und her schweiffen. Hisp. *Vagando de todas partes.* Pol. *Rozlizelanie.* Vng. *Zelleli, zelledasi.* Ang. *By wandering.*] Livius lib. 5. ab Vrbe: Tusculum palatim fugerunt.

Pflãtio, onis, f. t. [ἡ τῶν χαμαιζήλων συναγωγὴ, ἡ χαμαίζηλος. Gall. *Bâtiment de pieux pilotez.* Ital. *Fondamento con palificatione come si vede lungo gli fondata Venetia.* Ger. Ein pfahlwerck mit eyngeschlagnen pfählen gemacht / auff die man das gebeum setzt / in wasser oder sumpffichtigen orten. Hisp. *Fundamento de palos.* Pol. *Palie na krzyżuiących sie wiązaniu.* Vng. *Epulesi talp, labas fundamentom.* Ang. *A making of a ground solide to build vpon by laying of great timber.*] Dicitur illud fundamenti genus, quum in solo uliginoso, aut alioqui sustinendo ædificio non satis firmo, fistuca, vel simili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium imitatur: utitur hac voce Vitruvius lib. 2.

Pflãtuãl's, Sacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varro de lingua Latina lib. 7.

Pflãtuãl's, Flamen qui constituitur erat ad sacrificandũ ei deæ, in cujus tutela erat Palatium. Festus.

Pflãtum, ti, n. t. Oris cælum, quod labiis dentibusq; quasi palis, munitum sit. [חִכָּה *malkoshdjim, ἥμωκε, ὑπερῷα.* Gall. *Le pelais de la bouche.* Ital. *Palato.* Ger. Der Rachen des Munds. Hisp. *El paladar ſonde ſe gusto.* Pol. *Podniebienie.* Vng. *Ioy.* Ang. *The roofe of the mouth.*] Columella libro 7: Sed etiam si palatum atque lingua concolor lanæ est. ¶ Legitur etiam nominativus Palatus (nisi mendosum sit exemplar) apud Cicer. 2. de Finib. Nec enim sequitur, ut cui corsapiat, ei non sapiat palatus.

Pflẽlæ, à palàm, ut ait Varro de Re rust. li. 1. cap. 50, sive à nomine Pabulum dicitur. [חָצִיר *tsheer, ἄχυρα.* Gall. *Paille.* Ital. *Paglia.* Ger. Stro. Hisp. *Paja.* Pol. *Plewa.* Vng. *Polyua.* Ang. *Caffe.*] Nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbebatur. Quo sanè vocabulo, non culmi, sed folliculæ ipsæ granulorum comprehenduntur. Virgil. lib. 3. Georg. Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes. Colum. lib. 6: Minus commode tuemur armentum palcis, quæ utiq; quibusdam regionibus solæ præsidio sunt, & probantur maximè ex milio, tum ex hordeo, mox & ex tritico. Idem: Oportet fabam maturam conterere, & paleas ejus diligenter recondere. Notandum (ut Servius sentit) Paleam singulari numero dici contra artem. Nam quæ ex pluribus constant, sunt tantùm numeri plurālis: ut Cancelli, Bigæ, Scopæ, licet abutantur poëtæ. Virgil. 1. Georg. Nequicquam pinguis palea teret area culmo. ¶ Palea quoque dicitur cartilago defluxa à collo gallinacei. Colum. lib. 8. cap. 2. de gallinaceis loquens: Palea ex rubro albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependẽt. ¶ Palea æris ponitur pro ramento, & excrẽmento. Plin. lib. 34. cap. 13: Ac repentè vehementiori flatu expuitur æris palea quædam. Sic enim ferè habent exemplaria. Budæus tamen in hoc Plinii loco Pala lẽgit, non Palea. ¶ Palea etiam per quandam metaphoram dicitur de re tenui & vilicunde. Conradus Imperator, cùm regni Italici coronam non Mediolani secundum veterum morem suscepisset, sed alibi, vulgo tùm ferebatur corona paleæ redimitus, quæ loquendi forma etiam Græcis usitata fuit. Aristophanes: τὸν γὰρ πετεινὸν κόμαρον τὸν ἀπὸ κῖρκου. Hinc capitula in jure Canonico quæ certæ fidei non sunt, paleas appellari putant. Alciatus lib. 11. Parergon.

Pflẽãtum, tii, n. t. Locus in quo reconditur & asservatur palea. [ἀχυρῶν. Gall. *Vn pallier.* Ital. *Pagliaio.* Germ. Ein strewetuss. Hisp. *El pajar donde se guarda la paja.* Pol. *Plewiarnia.* Vng. *Polyaraktka, polyua tarto hely.* Ang. *A place where caffe is kept.*] Columella libro 1. capite 6: Fœnilia, paleariaque, & apotheca, & horrea.

Pflẽãtus, ta, tum, Quod est factum ex paleis, vel quod paleas habet admistas. [ἀχυρώδης. Gall. *Faict de paille.* Ital. *Fatto di paglia.* Ger. Mit strewen vermischt. Hisp. *Hecho de paja.* Pol. *Plewisty.* Vng. *Polyabol valo.* Ang. *Made of caffe or that is mixed with caffe.*] Vnde lutum paleatum dicitur, cui, ut tenacius sit, admistæ sunt paleæ, Colum. lib. 1. de arboribus, cap. 8: Quicquid insereris viti, diligenter libro ligato, atq; luto subacto paleato, oblinito, operitoq; plagam, & ita alligato, ne aqua ventúsve penetrare possit.

Pflẽãriã, n. t. Pelles dependentes ex gutture boum, quasi pellearia. [τὰ ἰαγόνια. Gall. *Le fanon d'vn bœuf ou vache.* Ital. *Pagliuola.* Germ. Die haut so den Rinderen vnden von dem hals oder kin herab gotteren. Hisp. *Las papos pellejas de buey.* Pol. *Wołie skołdias.* Vng. *Tehen torka alias fuvyogo bor.* Ang. *The dewlaps of a beast hanging vnder the neck.*] Virgil. lib. 3. Georg. Et crurum genus à mento palearia pendent. Colum. lib. 6. cap. 1: Cervice longa, & torosa paleanibus amplis, & penè ad genua promissis. Nominativus singularis est Palear, quo usus est Seneca in Hyppolito: Musco (inquit) tenaci pectus ac palear viret.

Pflæ. [נַפְתּוּל *naphtul.* πάλη.] Græcè est dictio, nobis Luctam significans: ἀπὸ τῆς πολλῆς σοβῆς τοῦ σώματος: hoc est, ab agitatione corporis unde Palæstra dicta est.

Pflillõgĭã, παλιλλογία, Iteratæ loquutio: hoc est, dictionis alicujus majoris vehementiæ causa repetitio. Quid autem differat ab Epanalexi, Epanaphora, & Anadiplosi, Vide Rutilium, & Aquilam Romanum.

Pflilĭcium fidus, Ex septem constat stellis, quas Latini Suculas appellant: vnde Pallicium appellatum, quòd quum natura sit pluvium sidus, observatum tamen fuerit undecimo Cal. Maii, (quo die Romæ Palilia celebrabantur) serenitatem adducere. Vide Plin. lib. 18. cap. 26.

Pflimbachĭus, pen. prod. παλιμβάκχιος, Genus pedis, ex prima & secunda longis, & ultima brevi: ut, Augustus. Idem Antibacchius dicitur.

Pflimpsĭã, [παλίμψηστα. Ger. Hart vnd eyngeschrumpfft pfäl.] Pix liquida iterum decocta, & inspissata. Plin. lib. 24. cap. 7.

Pflimpsestus, [παλίμψηστος. Ger. Pergament oder Eselsfell darein man schreibt vnd widerumb darchthut.] Membrana iterum abrasa. [Pol. *Tablica ktorzde pisania.*] Cicero Trebat. libro 7. Epistol. Nam quod in Palimpsesto, laudo equidem patrimoniã, sed mirror quid in illa chartula fuerit quod deleri malueris, quàm hæc non scribere, nisi fortè tuas formulas. Quidam hoc loco legunt Palinxestum à πάλιν iterum, & ξέω rador: qua voce etiam usus est Catullus ad Varum Epigr. 19: Puto (inquit) esse illi missa undecem, aut plura Perscripta, nec ita ut fit in palinxesto, Relata: chartæ regiæ, novi libri, Novi umbilici. Budæus in libro de Asse. Palimpsestũ interpretatur chartam esse deletilem qua calculatores utuntur, Iunisconsulti Deletitiam chartam vocant. Nam abrasis prioribus literis refertur. Vlpian. l. quartæ. ff. de bonor. possess. secun. tabel. Charta appellatio ad novam refertur, & ad deletitiam.

Pflingẽnĕsĭi,

Pallingenĕsia, παλιγγενεσία, Latinè dicitur Regeneratio, alterinatales. Voluit enim Pythagoras animas è corpore egressas, in alia atq; alia corpora transmigrare, non solùm hominum, verumetiam brutorum: atq; ita nos identidem alios atq; alios renasci.

Pallinōdĭa, æ, f. p. [παλινῳδία. Ger. Ein Widergesang/widerruff. Bel. Een Wederzeginge.] Recantatio, sive retractatio: à verbo Græco παλινῳδεῖν, quod est retractare, vel recantare: hoc est, diversa superioribus sentire, & quod semel dictum est, revocare. Pro quo etiam dicimus Palinodiam canere. Vide Adagia Erasmi.

Palĭūrus, m. s. παλίουρος, Frutex spinosus & asper in Cyrenaica regione præcipuè provenit, baccas ferens vini saporem suaveolentes commendantes. Vide Plin. lib. 15. cap. 19. Virg. 5. Aegl. Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

Palla, per duplex l, i. p. Muliebre vestimentum, ita dictum quòd palam & foris eo utebantur. [מעיל meïl. מטפחת mappāh. כתנת chuttōneth. χιτών. Gall. Vn pallietot. Ital. Veste donna. Ger. Ein lange und erbare Weibsbekleidung/ein Kragenrock der Weiber/oder ein Schauben/Hausseck. Hisp. Capa ó ropa, vestidura de mugier. Pol. Płaszcz niewieściy albo germaczek. Vng. Palla/zony ember köntös. Ang. A womans short garment with sleeves called a pallocke.] Virgil. 11. Aeneid. pro longæ tegmine pallæ. Tegmen etuviæ per dorsum à vertice pendent. Plaut. in Menæch. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio. Palla etiam utebantur citharœdi. Ovid. 11. Metamorph. Ille caput flavum lauro Parnasside vinctus, Vertit humum Tyrio saturata murice palla. Item tragœdi. Item 3. Amor. Fronte comæ tectæ, palla jacebat humo. In Gallia etiam omnes passim viri palla utebantur. Et videtur, inquit Bayfius, Gallica palla accessisse ad formam nostri palletici manicati. Martial. lib. 1: Dimidiatq; nates Gallica palla tegit. Strabo lib. 5. idem sentit: Tunicarum, inquit, vice pallas manicatas gestant ad verenda usq; nateſq; mediis pertingentes. ¶ Est etiam hoc nomine urbs, Ptolemæo teste, à latere Meridionali Corsicæ.

Pallăcē, seu Pallaca, æ, f. p. Græca dictio. Latinè concubina. [פילגש pilegesh. παλλακή. Gall. Concubine. Ital. Concubina. Ger. Ein Kebsweib/beyschlaff. Hisp. Manceba abarraganada. Pol. Księdza prałatow papiezkich. Ang. A lemman, or a married mans mistresse.] Sueton. in Vesp. capite 21: Accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat.

Palladĭum, παλλάδιον, Palladis simulacrum antiquissimum in arce Trojana, quod eo tempore quo arx, templumq; Minervæ ædificabatur, de cœlo cecidisse fertur, atq; in templo nondum tecto sibi locum delegisse. Quæ res quum omnibus maximo esset miraculo, ab Apolline responsum est, tam diu urbē incolumem fore, quàm diu simulacrum illud intra mœnia servaretur. Itaq; tempore belli illius quod cōmunibus viribus Græcorum adversus Trojanos gestit, quum alia spes capiundæ Troja non esset, nisi priùs sublato Palladio, datum negotium est Ulyssi & Diomedi ut per cloacas in urbem ascenderent, fatalemq; Minervæ simulacrum auferrent. Quo facto, urbem tutelam Palladis numine spoliatam, infirmam captuq; non admodum difficilem reddiderunt.

Pallacana, Cæpe genus est, nullo ferè capite, radice tantùm oblonga, quod subinde resecatur ut porrum. Plin. lib. 19. cap. 5. Apud nos prima duo cæparum genera, unum condimentium, quod illi Gallyon, nostri Pallacanem vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, &c.

Pallĕo, pallēs. Pallidus, vide Pallor.

Pallium, ĭi, n. s. Vestimenti genus extimum quod tunicæ superiadui solet. [מעיל meïl. ἱμάτιον, ἰμάτιον. Gall. Vne robe longue, manteau. Ital. Mantello, sopraveste. Ger. Ein mantel/rock/ein lang erbar kleid/so man vber die andern anleget. Hisp. Manto. Pol. Zwierzchnia szkoła płaszcz. Vng. Palást köntös. Ang. A longue robe, a cloke, or cuape.] Vode proverbium: Tunica pallio proximior est. Dictum autem putatur Pallium, quòd palam: hoc est, foris gestaretur. Propriè autem Græcorum habitus hoc nomine dicitur, quemadmodum Romanorum Toga. Suet. in August. Sed cæteros continuos dies inter varia munuscula togas insuper & pallia distribuit, lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu uterentur. Vnde Palliati Græci dicti sunt, & Comœdiæ palliatæ, quæ scriptæ sunt secundùm mores & habitus palliatorum: hoc est, Græcorum. Autores Donatus & Diomedes. Cicero 3. de Oratore Hippias gloriatus est, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. Idem 3. de Nat. deor. de Dionysio tyranno: Qui quum ad Peloponnesum classem appulisset, & in fanum venisset Iovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Iovem ornarat ex manubiis Carthaginensium tyrannus Hiero: atq; in eo etiam cavillatus est, æstate grave esse aureum amiculum, hyeme frigidum: eiq; laneum pallium injecit: quum id esse aptum ad omne anni tempus diceret.

¶ Pallium quoq; philosophorum erat. Gell. lib. 9: Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum video. Pallia inter communia vestimenta annumerantur Ulpiano: quæ promiscua appellat. Tacit. lib. 3: Promiscuas vitis & fœminis vestes.

Pallĭŏlum, li, diminut. à Pallio: id est, brevius & vilius pallium. [τριβώνιον. Gall. Petit manteau. Ital. Picciolo mantello. Germ. Ein mäntelin/oder mantelröcklin. Hisp. Pequenna manta. Pol. Płaszczyk, mentik. Vng. Kis köpönyeke, palástocska. Ang. A little cloke.] Cic. 3. Tuscul. Sæpè est etiam sub palliolo sordido sapientia.

Palliŏlatim, adverbium. Plautus in Pseud. Palliolatim amictus sic incessi ludibundus.

Palliŏlātus, m. s. Palliolo indutus. [τριβώνιον ἔχων. Gall. Vestu d'vne robbe longue. Ital. Vestito di robba longa, coperto di mantello. Ger. Mit einem langen rock oder mantelrock bekleidet. Hisp. Vestido di manta. Pol. W płaszczyku obliczonym. Vng. Palástocskában öltöz. Ang. Clothed with a cloke or coape.] Sueton. de Claud. Palliolatus novo more præsedit. Martial. lib. 9: Hanc volo, quæ facilis quæ palliolata vagatur.

Palliātus, ta, tum, Pallio indutus, & pallio coopertus. τριβωνοφόρος. Cicero ad Quint. Fratr. lib. 3: Deniq; illi palliati topiariam facere videantur. Idem pro Rabirio Posth. Itaque objicias licet quàm voles sæpè palliatum fuisse. Apud Apuleium legitur verbum Palliare pro tegere, vel celare. Nec (inquit) palliari tam aperta res potest. Id est, cooperiri, vel dissimulari.

Palliastrum, n. s. Rude ac vile pallium. τριβώνιον. Apuleius: Ecce Socratem contubernalem meum cōspicio: humi sedebat sciffi palliastro semiamictus.

Pallŏr, pallōris, pen. prod. m. t. [ירקון yerakōn. ὠχρίασις, ὠχρότης. Gall. Couleur palle & blesme. Ital. Pallore pallidezza. Ger. Bleichet bleichsucht. Bel. Bleecheyt. Hisp. Amarilez. Pol. Bliadość. Vng. Sargaság. Ang. Paleness.] Propriè dicitur color ille in homine, quum pellis sanguine destituta livescit, quod accidere solet in subito metu, sanguine se ad interiora recipiente. Ovid. 12. Metamorph. buxoq; simillimus ora Pallor obit, lacrymisq; genæ maduêre profusis. Cic. 4. Tuscul. Ex quo fit ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus, consequatur. Virg. 4. Aeneid. Hæc effata silet, pallor simul occupat ora. Plin. lib. 14. cap. 22: Hinc pallor & genæ pendulæ. Pallorē capere dicuntur vasa, apud Colum. lib. 12. cap. 50.

Pallĕo, les, lui, n. s. Pallidus sum. [ὠχριάω. Gal. Estre palle. Ital. Essere pallido, essere smorto. Germ. Bleichsucht seyn. Bel. Bleecheyn. Hisp. Amarillescer se. Pol. Bliadnąć. Vng. Sargaságnagyok halványnak lenni vagyok. Ang. To be pale.] Cic. 2. Philipp. Non dissimulat P. C. apparet esse commotum, sudat, pallet. Ovid. 1. de Arte. Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti. Martial. lib. 1: Pulchrè valet Charinus & tamen pallet. ¶ Hujus composita sunt, Expalleo, Impalleo, à quibus Expallesco, & Impallesco: quorum significata vide suis locis.

Pallesco, n. 1. Pallidus fio. [ὠχριάω. Gall. Deuenir palle. Ital. Diuentar pallido. Germ. Erbleichen/bleich werden. Hisp. Amarillescerse. Vng. Sargaságnagyok halványnak lenni el sargulom. Ang. To waxe pale.] Plinius libro 19. capite 10: Et cyminum sub Canis ortu pallescit. Propert. lib. 1. Eleg. 12: Perditus in quadam, tardis pallescere curis Incipis.

Pallĭdŭs, a, um, Pallore suffusus. [ὠχρὸς, ὠχρός. Gall. Palle, blesme. Ital. Pallido, smorto. Ger. Bleich. Hisp. Amarillo. Pol. Bliady. Vng. Sargaság, halovanny. Ang. Pale.] Plin. lib. 40. cap. 33: Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intùs colore pennatum. Virg. 1. Georg. aut ubi pallida surgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Horat. 1. Serm. Sat. 2. vel pallida lecto Desiliat mulier, miseram se cōscia clamet. Ovid. 4. Metamorph. oraq; buxo Pallidiora gerens.

Pallĭdŭlŭs, a, um, diminutivum. Catul. ad Ortalum: Pallidulum manans alluit unda pedem.

Palmă, æ, f. p. [כף kaph. δοφίον. ἐκτὰς. Gall. La paulme de la main, le dedans de la main. Ital. Palma della mano. Ger. Die flache der Hand. Hisp. La palma della mano tendida. Pol. Dłoń. Vng. Tenyer. Ang. The palme of the hand.] Est vola manus: hoc est, pars illa concava quæ est inter ὑπερκάρπιον, & digitos intermedia: cujus pars exterior à Græcis ἔκτασις dicitur. Quanquam etiam non rarò pro tota manu palmam acceptam legimus. Cicero in Orat. Quum autem manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Virg. 2. Aeneid. nam teneras arcebant vincula palmas. Statius 10. Theb. tollens madidas ad sydera palmas. Virgil. 1. Aeneid. duplices tendens ad sydera palmas. ¶ Ab hujus autem similitudine arbor illa nobilis quæ dactylos profert, quam Græci φοίνικα appellant, à nostris quoq; Palma dicitur, quòd comam in cacumine habeat circumextensam, & ramos in digitorum modum protensos. [תמר thamār. Gall. Palme, ou dactier. Ital. Palma albero. Ger. Ein dannebaum/oder palmbaum. Hisp. La palma arbol. Pol. Palmowe drzewo. Vng. Pálmafa. Ang. The palme tree or date.] Vnde & fructum ejus Dactylos: hoc est, digitos vocamus, quòd digitorum

Pansæ, f. p. Dicti sunt quib. lati ac pansi sunt pedes: sicut Plauci, quibus plani sunt. [πλατύποδες. Gall. *Qui ont les pieds larges.* Ital. *Che hanno i piedi larghi.* Ger. Die breite füß haben. Hisp. *Hombres que*

bru par tiamen Le plant u Lenau. Pol. *Szerokonogowie.* Vngar. *Talpas Szilaby.* Ang. *Tach hath broade fete.*] Plin. lib. 11. cap. 45.

Pansebastos, *πανσέβαστος*, Gemma quæ asserre fœcunditatem existimatur: ita dicta quasi prorsus augusta & venerāda. Alias Panthos dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Panselēnus, [*πανσέληνος*] Polon. *Pełnia.*] penult. prod. Plenilunium, quum scilicet Luna pleno orbe fulgens, totā lucet noctem. Nam *πανσέληνος*, Luna dicitur: unde & Proseleuus. *προσέληνος*, ante Lunam natus, quo cognomine dicti sunt Arcades, qui se ante Lunam natos fuisse gloriabantur.

Panthēr, panthēris, m. t. [*πάνθηρ.* Ger. *Leopard oder Pantherthier.*] Animal est ferū, cujus mās dicitur pardus. Latini formato fœminino ab accusativo singulari, vocāt panthera: sicut ab accusativo nominis eratee, facimus nomen primæ declinationis etetra, etcræ. Vide dictionem subsequentem.

Panthĕra, æ, f. p. [*πάνθηρ, πάνθηρος.* Pol. *Lampart.*] pen. prod. Animal prorsus ferū & maculosum quod & pardalis dicitur: mas ejus appellatur pardus. Dictio est composita à *πᾶν*, quod significat totū, & *θήρ* fera. Abundat in Hyrcania & Media. Horat. in Epod. Diversum confusa genus panthera camelo.

Panthŏa, *πανθοῖα*, Pro universo aucupio & eo quod aucupe capi. Vipian. l. 11. D. de act. empt. Veluti cùm futurum jactum rete à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à venatore, vel panthera ab aucupe.

Panthēriānus, adject. Quod ad pantheram pertinet: ut, Pantheriana pellis, apud Plin. lib. 15. cap. 11. Pantherinæ mensæ, quæ interno difluxis maculatæ sunt. Plin. lib. 15. cap. 15: Mentis præcipua dos in venis crispis, vel in vertice variis: illud oblongo evanescentiq; ideo tigrinæ appellantur: hoc, intorto, & ideo talos pantherinæ vocantur.

Panthēron, penult. prod. *πάνθηρον*, sive Pantherum, pantheri. [Ger. *Ein Zuggarn oder ein Vogelgarn das man zuziehet.* Pol. *Przesłona, powłoka, pokrycie.* Ang. *A drawing nette.*] Retis genus est, ecto nomen habens quod aves omnes includat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piscatorium est. *θήρα* venatū significat, & aucupium: unde pantheron dictū, & *ἀγρευτήριον* aucupium. Id aut̄ hoc modo rete, quod nostri *Saltabundum* appellant, quod quū humi expositum est, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quibusdam, ne ab avibus provideri possit. Deinde quū opus est adducto magna vi funi, repentè expanditur, incitatisq; aliquot diebus aviculas uno ictu universas contegit. Hoc reti Galli ad passeres & illustres utuntur, Rad græce, & ondas, quas *Oidarias* vocant, quasi tardos anseres. Vide Actio. empt. & vendit. Emptorem. Veluti quū fatuum istum retis à piscatore emimus, aut indaginē plagis positis à venatore, vel panthera ab aucupe. Nam etiamsi nihil capiat, nihilominus emptor pretium præstare habebit. Quo in loco scribit Budæo, panthera accusativus est pluralis, à nominativo panthēron: accipiturque per metonymiam pro captura ipsa, seu præda, quam aucceps panthero ceperit.

Pantices, [German. *Der Bauchlauff/ durchlauff.*] Fluxus ventris (inquit Festus) à pandendo, quòd ventrem pandat. ¶ Sunt qui Pantices interpretentur nimiam ventris pinguedinem, quam Galli vocant *La panse.* [Ang. *The flixe, leanesses of the belly.*] Plautus in Pœnul. Eò vos veltros pantices adeò madefacitis ex imbre: ego sicco hic siccus.

Pantocratōr, ŏris, m. t. *παντοκράτωρ*, omnipotens & omnia vincens.

Pantolăbus, *πανταλάβος*. Notissimi scurræ nomen apud Horatium in Satyris.

Pantomīmus, pe. prod. m. s. [*παντόμιμος.* Ger. *Ein Gauckler/ der sich allerley weis vnd Gebärde annemen kan.*] Personarū omnium imitator, qui in scenis personas per singulorum actuum simulatores ostendebat. *Δεῖ τὸν ποιητὴν μιμεῖσθαι.* Plin. lib. 7. cap. 53: Mythicum pantomimum: hoc est, fabularem, quendā vocant. Pantomimorū duo sunt genera Scenici, & Mythici. ¶ Ponitur quandoq; pro ipso poëmate. Plin. in Paneg. Idem ergo populus scenici imperatoris spectator & applausor, nūc in pantomimo quoq; adversatur, & damnat effœminatas artes.

Pantŏtus, m. f. [*πάντοτος.* Ger. *Allwissig/ Allwissig.*] Polon. *Gotek.*] Omnium rerum experientiam habens. *Δεῖ τὸν ποιητὴν πάντοτον εἶναι.* Ita dicunt Attici scriptoribus pro callido, astuto, vafro, versipelli, versuto, veteratore.

Pānus, i, f. p. [*πάνος, πανὸς, πανὸν.* Gall. *Aiguillette, ferrure.* Ital. *Aghetta.* Ger. *Arglistigkeit.* Hisp. *Astucia.* Pol. *Chytrość.* Vngar. *Kaczafalsag.* Ang. *Subtilitie guile.*] Astutia, fraus. Plautus: Illuc panurgia tete in pistrinum dabit.

Pānus, pani, m. f. [Germ. *Ein tüchtig Faden oder Weberspul.*] & aliquando apud Celsum, Panis, panis, Tramę involucrū, teste Nonio, quo panni texuntur: à quo panula, & panicula, ait Festus, per diminutionem. Lucil. lib. 9. Foris subter feminis panus. ¶ Ab hujus similitudine etiā innatus rumor sub faucibus auribusque, & inguinibus, panus appellat. *Θέρος.* Plin. lib. 20. cap. 1: Et iterum parotidas & panos lanat. Panos Galenus in plures species divisit. Panus (inquit Hermolaus) sive ut quandoque scriptum est in Celso, panis, à figuræ similitudine dictus est, tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est, sicq; in vertice alis, inguine, cum dolore ac distentione vehementi. Hujus diminutivum est Panellus, *φυσήτιον.*

Pānĭcĕlla, diminutivum à panus. [*πανίδιον.* Ger. *Die Blumen von Rußhämmen/ Haselstauden/ vnd dergleichen/ Kätze genannt.* Polon. *Kissy.*] Significat comam illam in milio, panico, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in quā semē dependet, quam Plin. lib. 16. cap. 10, vocat panos & paniculas, & aliquādo nucamēta callo squamatim compactili, quæ *κυπάρισσα* Græci appellant. Quicquid igitur subtonga, vel subrotunda forma tumet, paniculā ferè dici potest. Plin. lib. 21. cap. 4: Græcula rosa convolutas habet foliorum paniculas.

Papæ, [*βαπαί, παπαῖ.* Ger. *Hui/ ist es geschehen/ so sich einer ob etwas verwundert.*] Admirantis interjectio. Donatus: Papæ interjectio est mira subitò accipientis: habet enim in se affectum verbi mirantis: ut Papæ, quid video? Terent. in Eunuch. Papæ, hæc superat ipsam Thaidem.

Păpāver, ĕris, n. t. Genus herbę somnifęræ. [*μήκων.* Gall. *Du pauot.* Ital. *Papauero.* Ger. *Mogsamen.* Hisp. *La dormidera.* Pol. *Mak.* Vng. *Mak.* Ang. *A poppy.*] Unde à Virgilio 4. Æn. Soporiferū papaver appellatur. Diversæ papaveris sunt species: præcipuū tamen est album sativum, quod semen habet quod tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt. Plin. lib. 18. cap. 23. Dioscor. lib. 4. cap. 67: Papaver masculinē antiqui etiā enunciarunt. Varro in admirandis Insria seni papaverem. Plaut. in Asin. Formicis obiectas papaverem.

Păpāvĕrĭnā toga. [Polon. *Makowa sukienka.*] A' calore candido dicta est. *κανονικὴ χλανὶς.* Eadem spissa toga dicebatur. Plin. libro 8. capite 48: Cicbiæ papaverinæ antiquiorem habent originem.

Papaveris lachrymas appellant Celsus & Galenus, quod nos hodie *Opium.*

Păpĭlio, papilionis, m. t. [*ἑψόφος.* Gall. *Vn papillon.* Ital. *Farfalla.* Ger. *Ein pfeiffhetter/ Sommervögelin.* Hisp. *Mariposa.* Pol. *Motyl.* Vng. *Lepkek.* Ang. *A butter flie.*] Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius est. Columel. lib. 9. cap. 14. de apibus: Vermiculi quoq; qui tineæ vocantur, item papiliones enecandi sunt. Nam (ut idem testatur) ex papilionū stercore nascuntur tineæ. ¶ Item papilio, *πανδιδεύς*, dicitur tentorium. [*Mahé* Gall. *Vn pauillon, vne tente.* Ital. *Padiglione.* Ger. *Ein Gezelt.* Hispan. *Pauellon.* Polon. *Namiot.* Vngar. *Sator.* Ang. *A pauillion.*] Plinius lib. 5. cap. 5: Numidæ verò Nomades à permutandis papilionibus, mapalia sua: hoc est, domus, plaustris, circumferentes. Castigatiora exemplaria habent, A' permutandis pabulis.

Păpillæ, papillæ, f. p. Parva papula, tuberculum. [*θηλὴ, θηλαί.* Gall. *Le teton, le petit bout de la mamelle.* Ital. *Mamella.* Germ. *Ein bäutzlen/ das brust wärtzlin.* Belg. *Een mammeken.* Hisp. *El pecon de la teta à teta pequenna.* Pol. *Brodawka u piersi.* Vng. *Tsetsi bimbo, (emlegy) babad.* Ang. *The pape head.*] Serenus: Excruciant turpes ani ti fortè papillæ. Sed hoc ratiùs: sæpiùs enim significat mammę capitulum, unde lac sugitur, quanvis etiam pro ipsa mamma ponatur. Virgilius libro 11: Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit. Dicitur tām de viris quām de mulieribus, & aliis animalibus. Dictæ papillę, quasi parvæ papulæ, quod papularum sint similes. ¶ Papillæ etiam in fontibus clavicularum illæ dicuntur, quæ aquas fundunt, quibus exertis aqua effluit, fistulis verò immissis aquæ cursus prohibetur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 14: Quī fit, si adduxeris fistulam, & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, &c.

Păpillātus, m. f. Papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. [*θηλαστός.* Gall. *Fait en façon de mamelle.* Ital. *Fatto à foggia di mamella.* Germ. *In der gestalt als ein brustwärtzlin gemacht.* Hispan. *Hecho en manera de pecon de la teta.* Pol. *Nak ſpuſt ſtrzykowy brodawko wzyniony.* Vng. *Tsetsi bubog gianak formaiara valo.* Ang. *Made in fashion of a pap head.*] ¶ Expapillatus, adusq; papillam nudatus. *ὑπερηφανοφρόνως*, Plaut. Milite: Idē & cum nexu in humero lævo expapillato brachio. Vide suo loco.

Păppā, *πάππα*, per duplex p. [Ger. *Kindermus/ papa oder brey.*] Prima infantulorum vox, qua patrem compellant.

Păppārē, [German. *Seinen Vatter küssen.* Polon. *Papac.*] Est minutos & commanducatos cibos comedere, quales nutrices infantibus præbent: & in ea significatione apertissimè usus est Persius Satyr. 3: Et similis regum pueris pappare minutum, Poscis, & iratus mammæ lallare recusas. Quare quod antea hic ex hoc Persii loco probabatur, blandiuscolis verbis esse patrem appellare, rejiciendum & explodēdum est. Plautus in Epid. Novo liberto opus est quod pappet. P. Dabitur, præbebo cibum.

Păppās, *πάππας*. Accipitur pro patre, sive pro eo qui pueros alit. Iuven. Satyr. 6: timidus prægustet pocula pappas. Est aūt nomen

nomen venerationis à Syracusiis tractum: quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iovem appellant, teste Herodoto.

Pāppus, pappi, m. s. [אב *ab.* πάππος. Gall. *Ayeul.* Ital. *Auo.* Germ. Ein Großvatter. Hisp. *El abuela.* Pol. *Stárek.* Vng. *Ioh, atya, nagy apa.* Ang *My fathers or mothers father.*] Avus. Ausonius ad nepotem suum: Pappos, aviasque trementes Anteferunt patribus seri novæ cura nepotes.

Pāppi. [Pol. *Wełna zioła wiatrzyste.* Ang. *The soft downe of thistle flowers.*] Dicuntur carduorum flores, & lanuginosa quædam substantia in aërem se effundens, ut veluti flocci quidam volare videantur. Lucr. lib. 3: Vestem nec plumas avium, papposque volantes. Plin. lib. 21. cap. 16: Pappum vocari ait, lanuginē helxines herbæ. Et lib. 25. cap. 13, dicit esse herbam, quæ alias senecio dicitur, quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem habeat.

Pāppōsus, πάππωδης, Id est avitus.

Pāpŭlă, æ, f. p. Pustula, tuberculum quod jejunæ salivæ defricatione curatur. [ἐξάνθημα. Gall. *Bourgeon ou boube qui vient en la face.* Ital. *Sbregga.* German. Ein Zinnwatt. Hisp. *Lobanillo.* Pol. *Krostka albo woda nascjała.* Vngar. *Sömör bohartsa.* Ang. *A pimple or whelke.*] Papulis cutis exasperatur, & rubet, leviterque roditur. Virg. lib. 3. Georg. Ardentes pabulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. Duo autem sunt genera papularum, quæ cujusmodi sint, vide apud Celsum lib. 5. cap. ult. Hujus diminutivum est Papilla.

Pāpyrus, pen. prod. f. c. [πάπυρος. Ger. Ein rohr in Egypten: daraus man vorzeiten Schiff/ Segel/ Kleyder/ Seyler/ ꝛc. gemacht: wird auch im Euphrate bey Babyloniẽ/ gefunden/ darauß man grosse bücher zu schreiben macht/ Papyr.] Arbuscula est, præcipuè in Aegypti paludibus nascens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem non ampliùs cubitorũ longitudine, in gracilitatẽ fastigiata, thyrsi modo cacumẽ includens. ¶ Ex hoc frutice præparabantur chartę acu divisę in pertenues, & latissimas phylluras, quę eo meliores erãt quò media papyro propinquiores, quę ab hujus fruticis appellatione etiã papyri nomẽ acceperũt. Diversa hujusmodi chartarũ genera vide apud Plin. lib. 13. cap. 11: ubi primùm chartarũ usum Alexandri Magni temporibus in Aegypto putat fuisse inventũ: quãvis alii etiam Numæ regis temporibus, chartarũ usum fuisse contendant. Ab hujus quoq; fruticis nomine, etiã hodie chartas nostras quę ex cõtritis linteis fiũt, *papyrum* appellamus, eò quòd eundẽ nobis præstent usum quẽ olim Aegyptiis præstabat papyrus. ¶ Dicimus etiã Papyrum in neut. gen. Plin. ibidẽ: Papyrum ergo nascit in paludibus Aegypti. A papyro cognomẽ Papyri, πάπυρος, deductum est, à quo Papyriana tribus.

Pāpyrăcĕus, papyracea, papyraceũ, πάπυρινος, Quod est materiatum ex papyro. Plin. lib. 28. cap. 11: Optimẽ ellychnio papyraceo.

Pāpyrĭfĕr, papyrifera, papyriferum, παπυροφόρος, ut Amnis papyrifer Nilus. Ovid. 15. Metam. Perque papyriferi septemflua flumina Nili Victrices egisse rates.

Păr, paris, n. s. [משׁוה *similis adv.* ἴσος. Gall. *Pair, pareil, semblable.* Ital. *Pare, simile, vguale.* Ger. Gleich. Belg. Gelijck. Hispan. *Cosa yguala ò sucita.* Pol. *Rowni.* Vng. *Felet.* Ang. *Equall, alyke.*] Cũ suis Compositis. Compar, Dispar, Impar, Separ, sunt generis omnis, faciuntq; ablativum in e, vel in i. Et licet par apud poëtas producatur in obliquis tamẽ prima corripitur. Parẽ alicui esse, & alicujus rectè dicit. Cic. 3. de Orat. Iambus par chorei, sed spatio par, nõ syllabis. Idẽ de Clar. Orat. Si par in nobis, atque in illo scientia fuisset. Idẽ in Lælio: In amicitia superiori par est inferiori. ¶ Interdũ Pares pro duobus accipiuntur: ut Paribus equis utebãtur Romani in prælio, ut fugiente altero, transilirent in siccũ. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, convenienti, quod inter omnes æquabile est, ἴσος. Quintil. lib. 5. cap. 11: Si propter matrimonia violata urbes everiæ sunt, quid fieri adulterio par est? ¶ Parẽ esse, significat sufficere alicui rei, sive resistendo, sive exequendo. ἰσοῦμαι. Cic. ad Att. lib. 12: Sed adhuc pares non sumus. Quint. Declam. 15: Aspicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, est quod omissum est, vel quod aliunde acceptũ est, alibi vel aliunde compẽsare. τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, μισθῷ τὸν ἴσον. Quint. Declam. 6: Paria faciemus, tu illic eris vicarius meus, ego hic tuus. Plin. in Panegyr. Parens tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc ex quipiam muncre tãto paria accipiendo fecisti. ¶ Par pari referre, est tale aliquid reddere quale accepimus. Terent. in Eun. Si laudabit hęc illius formã, tu hujus cõtrà: deniq; Par pari referto, quod eam mordeat. A par. Plaut. in Curcul. formavit suo more superlativum parissimus: Eodè (inquit) hercle vos pono & paro, parissimi estis virtibus. ¶ Par, impar, genus ludi. πεττοί, ἀμφορεῖς. Suet. in August. Scripsit ad filiam: Misi tibi denarios ducentos quinq—ginta, quot singulis convivis dederam, si vellent inter se ponere cœnã vel talis, vel par impar ludere. ἀρτιάζειν. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Păr, paris, subst. tantùm, n. t. Numerus duorũ inter se æqualium. [תּוֹם *tsemédh. ἁρμός.* Gall. *Vne paire, vne couple.* Ital. *Copia.* German. Ein yar. Hispan. *Vn par de dos cosas.* Polon. *Para.* Vngar. *Pelet.* Ang. *A paire, a couple.*] Cic. de Amic. Ex omnibus seculis vix tria numerantur, aut quatuor amicorum paria. Idẽ de Oregen. dicen. Gladiatorum par nobilissimum. Idem Ver. 3: Scyphorum paria complura.

Pără, παρά, Præpositio Græca, significat Ad, apud, penes, absque, dis, re, præter, tàm in præpositione, quàm in compositione.

Para, avis, & parus, parula. Festus, & Paronem avem nominat.

Pararius apud Senecam dicitur qui inter duos stipulãtes esset. [μεσεγγυούχης. Pol. *Swiadek vkupna.*] ¶ Item parasium illud ex dicebatur, quod equiti dabatur pro duobus equis. Græcè παρήορος. Vide Suidam, Vide infrà PARARIVS.

Parare, pro paria facere, quod tum fit quum expensi rationes cum accepti rationibus quadrant, paresque sunt. Visus est hoc verbo Vlp. l. 4. D. de manu. Hinc pariatio, scriptura qua rationes quadrare cavetur. L. ult. de cond. indeb. & pariator, qui rationes reddidit, ut quadrarint. l. 8. de cond. & dem.

Părăbăsis, παράβασις, In Comœdiis dicebatur quum chorus ad populum conversus, aliquid extra argumentum fabulę loquebatur, Latinè prævaricationem, sive transgressionem interpretari possumus, ἀπὸ τοῦ παραβαίνειν, quod est transgredi sive prævaricari. Vnde & Parabatæ, quos prævaricatores Latini nominant.

Parabia, parabiæ, παραβία, Genus potionis ex milio & coryza. Cæl. Ant. lect. lib. 4 cap. 26.

Parabilis, Vide PARO.

Părăbŏlă, læ, f. p. [משׁל *maschãl.* παραβολή. Gall. *Parabole, comparaison, similitude.* Ital. *Comparatione, similitudine.* German. Ein vergleichung/ oder gleichnuß. Hispan. *Comparation, semejança.* Pol. *Podobieństwo.* Vngar. *Pelda beszed.* Angl. *A similitude, comparison, proverbe.*] Similitudo ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, quod significat comparare: quasi rerum dissimilium comparatio. Quint. Parabola (quam Cicero Collationem vocat) longiùs res quæ comparantur repetere solet: ut, Tam fortiter apud Hipponem sedet Scipio, quàm utique apud Vticam Cato.

Părăbŏlani, ut interpretatur Alciatus, Latinè dici possunt glebæ ascriptitii, quibus scilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat: à Græca præpositione παρά & βάλλω, quasi juxta glebam. ¶ Per translationem etiam Parabolani dicuntur tenuis conditionis homines, famulitio Xenodochiorum, vel ecclesiarum ita deputati, ut integrum ipsis non sit inde recedere. Horum meminit Iustinianus C. de Episc. & cler. l. Parabolani. Vide plura de hoc apud Cælium lib. 29. cap. 11.

Părăcentēsis, παρακέντησις, Dicitur durior vulnerum curatio, quum scilicet vulnus pungitur, hamusque vel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quòd hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

Parachlamys, Vestimẽti genus, non modò militare, ut apud Plautum in Perſa, sed etiam puerile. Vlpian. in l. vestis. de Aur. & arg. leg. Alciatus de vest. alb. in l. 1. lib. 11.

Părăclētus, ti, penult. prod. m. f. [מנחם *menachem.* παράκλητος. Gall. *Defenseur, advocat.* Ital. *Difenditore auocato.* Germ. Ein Ermanet/ Zuspricht/ vnnd auch Fürsprech/ ein Tröster. Hisp. *Defendedor, abogado.* Pol. *Patron, obrońca, adwokat, ustępca, ciesziciel.* Vng. *Vigasz talo*, item *ellenkező közbenjáro.* Ang. *A patron or aduocat.*] à verbo Græco παρακαλέω, quod rogo, & hortor significat: item pro alio precando intercedo, ut advocatus, & patronus. Apud recentiores etiam pro consolatore invenitur. Hinc Paracletus id est, advocatus, consolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator. Itaque pollicetur Christus fore missurum sese paracletum Spiritum, qui eos omnia sit edoctus, sive illum adhortatorem, sive deprecatorem: hoc est, advocatum, sive consolatorem velimus intelligere.

Părăclўtus, per y, m. s. Infamis, aut malè audiens est Lanois. [נקלה *nikláh.* παροιμιάζων. Gall. *Infame.* Ital. *Infame.* Ger. Verschrien/ ein böß geschrey hat/ verrüfft. Hisp. *Cosa infame.* Pol. *Osława, sławiony, sławiony.* Vng. *Gonosz hirre nevezett.* Ang. *That is euill spoken of, that getteth and euill name.*] Nam παρά in hujusmodi compositione, præter, vel deminutionem significat: κλυτὸς verò inclytum, celebrem, gloriosum.

Paracnemium. Sic vocatur alterum os cruris, quod ab exteriori parte suprà positum est: constat enim ex duobus. Ligamentis enim vocatur Parastata, Vegetio autore. Græcè παρασταταί. Lege Parastata.

Părăcŏpe, pen. corr. παράκοπος, idem quod delirium, vel mentis alienatio. ἀπὸ τοῦ παρακόπτειν, quod est delirare.

Părădĭastŏle, les, παραδιαστολή, Figura est quã Latini Distinctionem appellant, quũ duæ pluresve res quę primo facie videntur eædem separantur, adductis in medium iis quibus à se mutuò distant. Vide Rutilium Lupum & Rufinianum.

Părădigma, n. t. [משׁל *maschãl* דוגמא *dimyõn.* παράδειγμα. Gall. *Exemple.* Ital. *Essempio.* Germ. Ein beyspil oder exempel. Hispan. *Exemplo.*

Exemple. Polon. Exempl. ad. Vng. Példa. Ang. *Example of doing or saying.*] Exemplum facti vel dicti alicujus: quale est illud apud Virg. 1. Aen. Antenor potuit mediis elapsus Achivis illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis: à pari, à majori ad minus, à minori ad majus. ¶ Dictum est autem Paradigma, à verbo Græco παραδείκνυμι, quod est ostendo, & manifestùm facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & huc loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt & perspicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Părădīsĕ poma, παράδεισος μῆλα. Dicuntur à fatu, quòd fere omnibus pomatiis inferatur, odore saporeq; insignia.

Părădīsus, si, [פַּרְדֵּס *pardès*, παράδεισος.] i. German. Ein Lustgarten. Baumgarten oder Lustgarten.] Pomarium id est, hortus consitus, generis tàm masculini quàm fœminini. Est & locus feracium cœptus, sive viridarium. Vox delexa est, ut quidam volunt, à Chaldæo *pardes*, quod hortum domesticum significat, sive pomarium. ¶ Est & nomen oppidi, in Syria Cœle ad Libani orientale latus situm. Plin. lib. 5. cap. 23. ¶ Est item Paradisus Ciliciæ fluvius, apud eundem lib. 5. cap. 27. ¶ Sacra scriptura Paradisus accipitur pro amœnissimo horto in Oriente à primis nostri generis autoribus habitato: de cujus situ varia sunt opiniones, quas recenset Eugubinus, peculiari de hac re loco tractatu. Divus Augustinus ad Orosium de Paradiso sic scribit: Paradisus (*inquit*) in Oriente situs est, interjecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens usque ad Lunarem circulum. Unde illuc aqua diluvii minimè pervenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus est, nec ulli animantium datur in eum aditus.

Părădoxă, orum, n. s. Latinè admirabilia, inaudita & quæ sunt præter opinionem. [פְּלִיאוֹת *niphlaoth*, παράδοξα. Gall. *Choses merveilleuses, qui vont a point contraire d'oyr, & contre la commune opinion.* Ital. *Cosa mirabile, non in uso, contra l'opinione di tutti.* Ger. Etwas wunderbars ding so wider den gemeinen wahn der Leuten ist. Hispan. *Cosa admirable, fuera la opinion comun.* Polon. Dziwna rzecz, nad obyczay. Vngar. Kűlönöseges veszekedes kinyrab vala. Ang. *Strange matters, and wonder full that passeth the opinion of men.*] A Græcis vocantur admirabilia, sive inaudita, & quæ sunt præter opinionem omnium. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. Paradoxon item schema dicitur, quod primùm sensum suspendit, ac deinde subjicit aliquid contra expectationem auditoris. Unde etiam à Latinorum quibusdam Inopinatum vocatur. Vide Rufinianum in tractatu de Figuris.

Părădrŏmis, idis, f. t. [παραδρομίς. German. Ein vnbedeckter Gang oder laufbrn.] Ambulatio sub dio, sive Xystus. Vitruvius lib. 6. cap. 6: Xystos Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur: nostri autem hypæthras ambulationes Xystos appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt.

Părænētis, hujus Paræneſis, f. t. [παραίνεσις. Gall. *Admonition.* Ital. *Ammonitione.* German Vermanung/vnderweisung. Hisp. *Amonestamiento.* Pol. *Napomnienie, wmowd.* Vngar. Intés. Ang. *Admonishing.*] Præceptio, admonitio, sive adhortatio, & proprie ea quæ contradictionem non recipit, tesle Ammonio, propterea quòd fiat iis de rebus quæ in controversiam non cadunt, sed apud omnes in confesso sunt.

Părænētĭcŭs, a, um, παραινετικός, Idem quod præceptivus, sive admonitivus, à verbo Græco παραινέω, quod significat præcipio, & admoneo. Unde Oratio paræneticа dicitur quæ ad virtutem expetendam auditoris, lectoris ve animum extimulat.

Paragaudes, vel Paragauda, teste Aleiato. Genus vestimenti virilis, ex plumbeum linei, quod sub alia veste gerebatur, vinctũ nunc unico nexu, nunc pluribus lorie. Vopiscus in Aureliano: Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi rectas purpureas accepissent: & quidem alias monolores, alias dilores, trilores alias, & usque ad pentelores, quales hodie inveniuntur sunt.

Părăgōgē, παραγωγή. Figura qua litera vel syllaba fini jungitur: ut Dicis, pro dici. Latinè à nonnullis appellatur Adductio.

Paragoga. Ipsarum aquarum pori & meatus: dicta ἀπὸ τῆς παραγωγῆς, quod deducere est. Hinc παραγωγὴ, dicta Aelio Donato, à canimi. Nam & ἀγωγὴ, aquæ ductus est. Alciat. in l. decemviros C. Aquæ duct. lib. 11.

Părăgrăphe, f. p. παραγραφή. Latinè præscriptio, exceptio, ellegum latis, compositio. ¶ Est & tropus apud poëtas, quũ præcedenti absoluto, ad alia fit transitus: ut apud Virgil. 2. Georgic. Hactenus arvorum cultus, & sydera cœli, Nunc te Bacche canam. ¶ Annotationes item, sive scholia succincta, ad marginem adscripta, paragraphæ appellantur ἀπὸ τῆς παραγράφου, quod inter cætera significat ad marginem annotare. Hinc etiam Jurisconsultorum interpunctiones quibus legum capita in plura segmenta dividunt, paragraphæ, sive etiam paragraphi dicuntur.

Părăgrăphŭs, παραγραφὸς, Vox est Jurisconsultis usitatissima, qui eam tali nota § scribunt. Dicitur autem paragraphus proprie, quemadmodum Martianus Cossias antiquus Pandectarum interpres tradit, quicquid sub una sententia clauditur. Pro eodem etiam dicitur paragraphe.

Paralia, Maritima pix, flavescentior & crassior, quandiu resina est, videlicet quandiu cruda est, sed decoctio ex ea prius absumit. [Ger. Meerpech.]

Părallelī, penult. prod. [παράλληλοι. German. Ding so gleich weit allenthalben von einander stehn.] Dicuntur segmenta sphæræ ab Ortu in Occasum ducta, alterũ ex Polis habentia pro centro, omnique ex parte à se invicem æqualiter distantia. Plinius libro 6. cap. 33: Plura sunt autem hæc segmenta mundi quæ nostri *Gentes* appellavere, Græci *parallelos*. Ratio nominis hæc est, quòd παράλληλοι apud Græcos invicem comparatus, vel æqualiter distans. Unde paralleli, circuli dicuntur æqualiter distantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus spatiis ab invicem dirimuntur.

Părălipŏmĕnŏn, [παραλειπόμενον. Polon. *Opuszczenie.*] Derelictum, omissum, prætermissum à verbo παραλείπω, quod est prætermitto. Hinc Qu. Calaber poëta Græcus, opus quo ea exequitur quæ ab Homero sunt prætermissa, Ὁ μετὰ παραλειπομένοις, inscripsit. In sacris quoque libris eadem ratione Libri παραλειπομένων dicuntur, quibus ea quæ in libris Regum aut prætermissa erant, aut leviter degustata cõprehenduntur.

Paralium, Papaver corniculatum, apud Dioſc. lib. 4. cap. 68.

Părălĭus, παράλιος, Tertia species est tithymali, ita dicta quòd loca maritima amet. Eadem & tithymalis dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8: Tertium genus tithymali paralius vocatur, sive tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo.

Părălŏgismŭs, παραλογισμὸς, Deceptio per falsas ratiocinationes, cõclusio fallax, & captiosa argumẽtatio. A verbo Græco παραλογίζομαι, quòd inter cætera significat captioso genere argumentationis uti.

Părălŏs, παράλος, Apud Athenienses navis genus erat, qua Theori ad rem divinam faciendam Delphos mittebantur, eumque in usum solùm publicè destinata. Illi quoque qui hac in navi vehebantur Parali dicebantur. Paralorum quoque nomine Plutarchus intelligit unam è tribus factionibus Atheniensium quæ Solonis tempore vigebant. ¶ Fuit etiam Paralus nomen proprium ejus cui Hegelias primam longæ navis inventionem tribuit, referente Plin. lib. 7. cap. 56.

Părălysis [παράλυσις. Gall. *Paralysie.* Ital. *Paralisia.* German. Der Schlag/ durch welchem nur der halbetheil des leibs krafftlos vnempfindtlich gemachet wird. Hispan. *Perlesia.* Polon. *Paralisz choroba.* Vngar. *Gutta nerv.* Ang. *The palsey, a depriving of feeling and moving in any part of the bodie.*] Resolutio nervorum, quæ alto nomine à Græcis dicitur *hemiplexia*: hoc est, *semiapoplexia*, quum in alteram tantùm corporis partem malum id incubuit. Nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido & crasso, nervos plus æquo humectante, & laxante, sensumque pariter & motum alteri ferè lateri eripiente.

Părălytĭcŭs, m. s. Qui hoc morbi genere laborat. [παραλυτικός. Gall. *Paralytique.* Ital. *Paralitico.* German Einer den das Gut oder der Schlag getroffen hat/ gerüret. Hispan. *Enfermo de perlesia.* Polon. *Paralizem zarażony.* Vngar. *Gutta nerv.* Ang. *He that hath the palsey.*] Plinius libro 20 capite 9: Ideò paralyticis & tremulis dare juber. Tert. in Apol. de Christo: Quum ille verbo dæmonia excuteret, leprosos mundaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ. Restringere paralyticos, propriè dixit pro sanare, quum paralysis nihil aliud sit, quàm nervorum dissolutio, quæ aliter sanari non potest nisi nervi illi dissoluti, & justo laxiores restringantur.

Parametia, Femora inter coxas dicta. Nam quod coxas interjacet, Mesenterium est.

Parancephalis. Medulla proxima cerebro.

Părănītes, παρανίτης, Gemma est ex amethystorum genere, quæ in Arabiæ confinio invenitur, alio nomine lapinos dicta Auctor Plin. lib. 37. cap. 9.

Părănymphŭs, phi, m. f. παράνυμφος, ab Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebant. Qui præerat huic rei nomine viri, à Græcis παράνυμφος, à nostris *auspex* dicebatur. Et ut auspex aderat viro, sic & pronuba mulieri adhibebatur. Itaq; quia apud Christianos auspicia minimè captantur, adhibentur sacerdotes, qui & pronubi à nobis dicũtur. Aug. lib. 14. de Civit. Nonne omnes famulos atq; ipsas etiam paranymphos, & quoscunq; ingredi quæcunque necessitudo permiserat, antè mittit sortes quàm vel blandis conjunx conjugi incipiat?

Parapechion. Os minimum brachii, nos *radium* appellamus.

Parapetasma. Vide PERIPETASMA.

Părăphērnă,

Părăphērnă. [מדה *médheh* מדים *medhanim.* παράφερνα. Pol. *Podarek oprocz wiana.* Vngar. *Legy ruha kmn ml adutot ayandek.* Ang. *Thinges that ii gouen beſyde promiſe or vot promiſed with the dowrie.*] Dicuntur ea quæ præter dotem sponso dantur, à παρὰ præter, & φέρνη dos, quasi dicerēs præterdotalia. Hæc & paraphernalia dicuntur. Vlpianus de Iure Dot. l. Si ego Cæterùm si res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæq; Galli *peculium* vocant, videamus, an statim fiant mariti.

Părăphrăsis, sis, f. t. pen. corr. [παράφρασις. Germ. Ein heitere Auſlegung vnd Erklärung dem rechten Sinn nach/ vnd nicht der Worten.] Est ejusdem sententiæ per alium sermonem explicatio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes, aut etiam addentes, copiosiùs ac dilucidiùs explicamus quod ab alijs dictum est: cujusmodi est Themistii in Aristotelem. Ea finitur à Græcis hoc modo, ut sit quæ narrationi proportione respondeat. De hac Quint. lib. 10. cap. 5: Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantùm volo, sed circa eosdem sensus certamen, atque æmulationem.

Părăphrastēs, æ. [παραφράστης. Germ. Ein solcher Auſleger oder Verdolmetſcher.] Dicitur interpres latius explicans, qui non verbum è verbo, sed sensum è sensu transfert.

Paraphrosyne, vocatur pyronitidis illa species, ubi per consensum mentis alienatio accidit alio nomine Delirium.

Paraplectici, Dicuntur quibus in dextra vel sinistra parte solutiones fiunt.

Părărius, m. s. Qui stipulationibus, contractibus, nominibusque faciendis intervenit: quem & Græco vocabulo vocamus Proxenetam. [προξενητής. Gal. *Courratier, qui fait preſter argent.* Ital. *Chi interuiene ad imprestar denari, corratiere.* German. Ein Vnderkäuffer. Hiſp. *Eſcorredor de la mercaderia.* Polon. *Kupu wmiedzacy.* Vngar. *Zörzö közbejaro.* Ang. *A broker.*] Seneca lib. 3. de Benefic. Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi parātios, nec signatores advocari, nec chirographum dare. ¶ Pararium æs appellabatur quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Festus.

Părărthrēsis. pen. prod. παράρθρωσις, Idem quod luxatio, quæ fit, quum os aliquod sede sua nonnihil fuerit dimotum.

Părăsangæ. [παρασάγγης. Ger. Ein weite Erdtrichs dreiſſig *Stadia begreiffende.*] Apud Persas, autore Festo, viarum mensuræ sunt, quas Budæus Herodoti testimonio probat fuisse triginta stadiorum. Verba Herodoti sunt hæc ex lib. 2: ἐστι μὲν γὰρ παρασάγγης ἀνὴρ σύμπασα, ἀγχίστη παρασάγγης τὰ χιλιοστὰ ἔτεα δὲ ἐστὶν παρασάγγης σταδίων τριήκοντα τὸ δὲ πλῆθος ἔχουσι παρασάγγης. ἐστὶν δὲ ὁ μὲν παρασάγγης ὀργυιέων μυρίων, ὁ δὲ χοῖνιξ ἀνδρῶν, μέτρον ἐστὶν αἰγυπτίων, ἐξήκοντα χοίνικα: hoc est, Quotquot enim inopes soli sunt, ii terrā suam orgyis metiuntur: qui verò minus inopes soli sunt, stadiis: qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Cōstat autem parasanga triginta stadiis: schœnus autem (quod ipsum verbum est Aegyptiacum) sexaginta.

Părascevē, es, f. p. Præparatio. [παρασκευή. Gall. *Apparoil, appreſt* Ital. *Apparato preparatione.* Ger. Ein verbereitung/ zurüſtung. Hiſpan. *Apparejo.* Pol. *Narządzenie przygotowanie.* Vngar. *Készület.* An. *A preparation or preparing, good frida.*] Nam à παρασκευάζω, quod est præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noster IESVS CHRISTVS pro humani generis salute cruci affixus fuit, Parasceve, παρασκευὴ, dicitur: quoniam eo die Iudæi sibi necessaria præparabant, ut Paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur.

Părăsiōpēsis. παρασιώπησις, Schema est apud Rhetores, quod à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid reticere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Hoc schemate utimur vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem majorem excitare reticendo volumus.

Părăsītus. ti, pen. prod. m. s. [לץ אכל *Lahagh mahōgh.* παράσιτος. Gall. *Qui ſont les lopins.* Ital. *Parasito.* German. Ein Tellerſchlecker/ ein Schmeichler/ nur daß er zu freſſen vberkombt/ ein Schmarotzer. Hiſp. *Truan por coſa de comer.* Polon. *Paſorzyt, pochlebca.* Vngar. *Hizelködö: nyalakodasitan barātsag.* Ang. *A ſmell feaſt, which followeth bellie cheere, a flatterer, a pikethanke.*] Qui aliorum mensas & cibaria sequitur: quique ejus in cujus contubernio est, omnia facta simul ac dicta laudat, nihil repugnat, omnia suffert, nihil ventris causa facere recusat, in quo summum bonum constituit. Vnde & nomen accepit, quòd παρὰ τὸν σῖτον: hoc est, à cibo toms pendeat. Parasiti imaginem pulchrè depingit Terent. in Evnuch. his verbis: Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt, Nec sunt: hos cōsector, hisce ego nō paro me ut rideant. Sed his ultrò arrideo, & eorū ingenia admiror simul. Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque: Negat quis, nego: ait, ajo. Postremò imperavi egomet mihi, Omnia assentarier: is quæstus nunc est multò uberrimus. Cicero de Amic. Nec parasitorum in Comœdijs assentatio nobis facета videretur, nisi essent milites gloriosi. Idem Lentulo lib. 1: Dixi me facere quiddam, quod in Evnucho parasitus suaderet militi. ¶ Parasiti olim appellatio honesta fuit, utpote qui sacro ministerio addictus esset: nam parasiti vocabantur olim comites, sodalesque pontificū, & magistratuum, ut docet Athenæus lib. 6: Solon tic eos appellavit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur, autore Plutarcho. Pro eo verò postea dictus est qui ad mensas divitum oblectationis causa admittebatur. Producit autem hoc nomen penultimam syllabam, quam Calpinus malè putavit corripi. Horat. lib. 2. Epi. 1: Quantus sit Dorsennus edacibus in parasitis.

Părăsītă, parasitæ, f. p. [ἡ παράσιτος. Gall. *Femme qui ſuit les lopins.* Ital. *Paraſita.* German. Ein Tellerſchleckerin/ Schmeichlerin. Hiſpan. *Truhana por coſa del comer.* Pol. *Paſorzytka.* Vng. *Hizelködöm aszony.* Ang. *She that followeth feaſtes.*] Horat. 1. Sermon. Satyr. 2: Custodes, lectica, cinisflones, parasitæ.

Părăsītŏr, parasitari, d. t. Parasitum ago. [παρασιτέω, *vt ſuprà.* Gall. *Accorder tout pour auoir la repue franche, ſuyure les lopins.* Ital. *Andare à verſo, & adobare per hauer le ſpeſe.* Germ. Tellerſchleichen vnnd liebkoſen vmb des Bauchs willen. Hiſpan. *Truhanear por coſa del comer.* Polon. *Podlizywanie ſobie dla zarcia.* Vng. *Hizelködöm hazugsagrom vtan nyulakodom.* Ang. *To flatter one to haue his repaſt free.*] Plautus: Qui parasitando pavent ventres suos.

Părăsītātŏr, stri, m. s. Parasitorum imitator. [παρασιτιστής. Gall. *Qui veut imiter les flatteurs, qui cerchent leurs repues franches.* Ital. *Imitatore de paraſiti.* Germ. Ein nachjager oder nachfolger der Tellerſchleckeren vnd Schmeichleren. Hiſp. *Hombre vo poco atrebuado.* Polon. *Pochlebcqou naſladowca.* Vngar. *Hizelködö khaik.* Ang. *He that flattereth one to haue his repaſt free.*] Nam quæ in aster finiuntur (teste Valla lib. 1.) imitationem potiùs quàm diminutionem significant. Cic. pro Vareno: Eutrcius hic noster Antonіaster. Duo tamen potiſſimùm diminutionem denotant: Surdaster, & Recalvaster. Terent. in Adelph. Est alius quidam parasitaster parvolus: nostin'? D. Iam scibo.

Părăstădēs, παραστάδες, Lapides qui utrunque latus ostii muniunt. Vitruvius quoque parastadas in mentione templorum antes vocat, Hermolaus.

Părastătis, is, f. t. παράστασις, Latinè assistentia, affirmatio, per testes approbatio.

Părăstătæ, παραστάται, Inquit Hermolaus, apud Vitruvium & Plinium, lapides sunt pilarum ferè modo appositi columnis: à quorum similitudine alterum cruris os (alterum enim κνήμη hoc est, tibia appellatur) parastates nominatur in jumentis à Vegetio, quod & Paracnemion, παρακνήμιον, appellatur Iulio Polluci. Apud eundem & meatus illi per quos genitura ex epididymide in colem fertur, parastatæ appellantur. Semen enim per vasa spermatica in testes delatum excipitur à molli quodam involucro: quod quia testibus incumbit, Græci ἐπιδύμιδα appellant. Huic duo varicosi, longique adhærent meatus, utrinque unus, qui cervici vesicæ inseruntur, idque comitati usque ad penis initium, in unum eundemque canalem confluunt, ab urinæ ductu diversum, cui tamen tum demum quum ad medium ferè colis perveneriut, inseruntur. ¶ Sunt & in prælio (ut idem inquit) dicti parastatæ, nomen officii, quoniam adjuncti sunt prostatis: hoc est, iis qui præsunt communi sicut epistatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. ¶ Sed & tabulæ quædam cum certis instrumentis, à Vitruvio parastatæ vocantur. Hæc Hermolaus, qui sic legit apud Plinium libro 33. cap. 3: Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & parastatæ. Idem apud Vitruvium lib. 5: In columna, aut parastata horæ describuntur. Budæus tamen in istis Vitruvii & Plinii locis dicit malè fuisse emendatum, legendumque apud Plinium, Columnæ parastaticæ: & apud Vitruvium, Columna parastatica, utrumque sine conjunctione.

Părătillŏs, παραντιλλόμενος, ὁπὸ τοῦ παραντίλλειν, quod evelli significat, dicitur evulsio pilorum è naribus & pudendis, quæ erat pœna tenuiorum qui deprehensi essent in adulterio. Nam ditiores pecunia se redimebant, inopi expilabatur sedes.

Paratitla, l. 1. §. hoc autem, C. de Verb. Iur. Evnuch. Iudic. Summas rerum appellat titulatim appositas, indices seu summaria. Bud. in Annot. prior. Adde Alciat. in l. 1. C. si certum petatur.

Părătrăgœdĭo, παρατραγῳδῶ: Id est exaggero, ac verborum magnitudine aliquid augeo. Plaut. in Pseud. Illic homo est, unde ut paratragœdiat carnifex.

Părătrimmă, παρατριμμα, Latinè intertrigo, quum femina mutuo attritu excoriantur. Vide INTERTRIGO.

Părăzōnium, παραζώνιον, Genus gladii quod ad zonam accingi solebat: de quo extat epigramma Martial. lib. 14: Militiæ decus hoc & gratæ nomen honoris Arma, Tribunitium cingere digna latus.

Părco, parcis, peperci, vel parsi, vel antiquè etiam parcui, parsum, n. t. Abstineo, quasi parum tango, mihi à re aliqua tempero. [φείδομαι. Gall. *I'eſpargner.* Ital. *Risparmiare, ſpargnare.* Ger. Sparen

Cparsi scheen. Hisp. *Guardar, ser escasso.* Pol. *Szczędzic, szczędnie.* Vngar. *Sodor sok.* Ang. *To spare, to abstaine.*] Parcere pecuniæ, ab expendenda pecunia abstinere. Parcere sumptui, à sumptu abstinere. Lamentis parcere, continere se à fletu. Liv. lib. 6. ab Vibe. Parcere lamentis Sutrinos jussit, Hetruscis se luctum, lacrymasque ferre. Parcere aliquid alicui. Virgil. 10. Aen. Argenti, atq; auri memoras, quæ multa talenta. Natis parce tuis. ¶ Accipitur etiam parcere, pro ignoscere, remittere, condonare, veniam vel impunitatem dare. [חוס *chamal* חון *chas.* φείδεσθαι, φείδομαι, συγγνώμην. Gall. *Pardonner, remettre.* Ital. *Perdonare, remettere.* German. Schonen/ verschonen. Hispan *Perdonar.* Pol. *Przepuścić, przepuszczam.* Vngar. *Megbotsatok.* Ang. *To forgive, to pardon.*] Cicero pro Quintio: Boni viri malunt commemorare, se quum perdere possent, pepercisse. Virg. 6. Aeneid. Parcere subjectis, & debellare superbos. Terent. Adelph. Nihil peccavisse puduisse verberare hominem senem, Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestavi meis? Cæsar 7. belli Gall. Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Servius Ciceroni libro 4. Epist. Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus qui ei manum afferret. ¶ Donatus credit hoc interesse inter præteritum parsi & peperci, ut parsi idem sit quod abstinui: peperci, idem quod ignovi. Servius tamen negat, duo hæc præterita ex significationis diversitate venire, sed potiùs ex mutatione usuum quod veteres parsi dixerunt, id alii postea peperci dicere cœperint. ¶ Aliquando etiam parcere accipitur pro prohibere, vel arcere. Virgil. 3. Aeglog. Parcite oves nimium procedere. Ubi Servius: Parcite, prohibete: id est, servate ne procedant. Melius tamen dixeris, parcite ibi accipi pro abstinere, ut Oves in vocativus. Monet enim Poëta ibi oves exemplo arietis, ne ipsæ nimium confidant. ¶ Nonnunquam etiam pro depone. Virg. 1. Aen. Parce metu Cytherea. ¶ Quandoq; etiam pro desinere. Idem 3. Aen. Parce pias scelerare manus. ¶ Hujus verbi composita sunt, Comparco. συμφείδομαι. ejusdem cum simplici significationis. Terent. in Phorm. Suum defraudans genium comparsit miser. Reparco, iterùm parco. Plaut. in Truc. Vinum ut iterum parsissem meæ, ut nunc reparcis.

Parsit, penult. corr. impersonale. Cic. Att. lib. 2: Sed tamen satisfiet à nobis, neque parcetur labori. Plin. lib. 16. cap. 12: Nec corpori ipsi parcetur. Idem lib. 28. cap. 6: Iam & fermoni parci multis de causis salutare est.

Pārsus, parci, m. i. Qui frugi est, & sumptibus parcit. [חסכן *chasdan.* Gall. *Chiche, espargnant.* Ital. *Scarso, parco.* Ger. Kündig/ karchig/ sparsam/ haußlich. Belg. Spaerachtich. Hispan. *Escasso, ahorrador.* Pol. *Sporzy, skąpy.* Vng. *Sebrek fösseny.* Ang. *A niggard, thrifty, sparing.*] Gell. lib. 3. cap. 19: Parcus neq; ab arca, neque ab arcendo, sed ab eo quod parvum & parum, denominatur. Plaut. Most. quo nemo adæq; juvetute ex omni Attica Antehac est habitus parcus, nec magis cõtinens. Idem Aul. Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior. Horat. 2. Carm. Ode 8: Te senes parci, miseræq; nuper Virgines nuptæ, &c. Cic. 2. de Orat. Quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. ¶ Parcus, cũ genitivo. Horat. 2. Serm. Satyr. 2: cornu ipse bilibri Caulibus instillat, veteris non parcus aceti. Plin. Epist. 226: Statuam poni mihi à te eo qui desideras loco, quanquã ejusmodi honorũ parcissimus, tamen patior, &c. ¶ Parcus ablativo junctum. Plaut. Rud. opera haud fui parcus: nimis homo. Nihili est, qui piger est: nimiq; id genus odi ego malè. Vigilare decet hominem, qui velit sua tempori cõficere officia. Parcus comitatu, apud Plin. in Pan. dicitur qui paucos habet in comitatu. ¶ Hujus cõpositum est Præparcus, valde parcus. ὑπερφειδής, γλίσχρος. Plin. lib. 11: Aliquando & ipsæ cõtrahunt mortis sibi causas, quum fruticæ eximi mella, avidè vorantes: cæterò præparcæ, & quæ alioqui prodigas, atque edaces, non secus ac pigras & ignavas perturbent. Similiter deparcus, nimiùm parcus, ac tenax: cui opponitur profusus, ac magnificus. Suet. in Neron. Sordidos putabat esse & deparcos, quibus impensarum ratio constaret. Apuleius: At verò contraria accusatis, unum servum, ut deparcum: tres liberos, ut profusi.

Parcus, Avis, differt ab alauda, qui parcus paulò minor est, aliquando subtus candida, cætera pavoni similis & crista quoq;.

Pārce, adverb. Frugaliter, moderatè. [φειδωλῶς, ἀνειμένως. Gall. *Chichement, espargnement.* Ital. *Scarsamente.* German. Kündiglich/ haußlich. Hispan *Escassamente.* Polon. *Skąpie.* Vngar. *Sobra kon, fösseglen.* Ang. *Sparingly, niggardlie.*] Terent. And. Primùm hæc pudet vitam, parcè ac duriter agebat. Cicero 1. Offic. Intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter vivere: quamque honestum, parcè, continenter, severè, sobriè. Cic. 2. de Finib. Nec tamen cur id tam parcè, tamque restricte faciant, intelligo. Idem pro Murẽn. In qua re si satis profecissem, parciùs de ejus laude dicerem. Col. lib. 6. cap. 7: Nec potestas aquæ, nisi quàm parcissimè facienda est.

Parcĭtas, ātis. pro frugalitate. [φειδωλία. Gall. *Chicheté.* Ital. *Scarsita, parsita, miseria.* German. Kundigkeit / ersparung Hispan. *Escasseza.* Vngar. *Sobrakozag.* Angl. *Nigardnesse.*] Macrobius Comment. lib. 1. cap. 8: Moderatio, parcitas, sobrietas: id est, frugalitas. Vox minimè Latina.

Pārsĭmōnĭa, æ. f. p. Moderatio sumptuum, parcitas, frugalitas, parcus rerum usus. [φειδώ. Gall. *Espargne, chicheté.* Ital. *Parsimonia, risparmio.* Germ. Kundigkeit/ mässigung vnnd abbruch alles grossen vnkostens / haußhaltung. Belg. Metscheyt. Hispan. *Escasseza en el gasto.* Polon. *Oszczędzanie, skromność.* Vng. *Mertekletes költes.* Ang. *Sparing, niggardnesse, thriftinesse.*] Ea sic definit à philosophis: Parsimonia est, qua cavemus nequod dispẽdium ultra modum fiat, & res familiaris (quoad fieri potest) sine cujusquam injuria conservetur. Cicero in Parad. O' dii immortales, non intelligunt homines quàm magnum vectigal sit parsimonia. Idem 2. Offic. Res autem familiaris quæri debet iis rebus à quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. Idem pro Quintio: Amicos observantia, rem parsimonia retinere.

Pārdălĭanchēs, τὸ παρδαλιαγχὲς, Aconiti genus, sic dictum quòd carnes eo tactæ pantheras necant. Plinius lib. 8 cap. 27: Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur. Occupat illicò fauces earum angor. Quare pardalianches id venenum appellavêre quidam.

Pārdălĭŏs, παρδάλιος, Gemma est maculis quibusdam variegata, à panthennæ pellis similitudine nomen habens. Plinius lib. 37. cap. 11.

Pārdălĭs, παρδάλις, Animal est ferum, Syriæ, Africæque peculiare, quod alio nomine panthera appellatur, pellem habens candidam, brevibus quibusdam maculamm oculis variegatam, præstantissimum spirans odorem, cujus suavitate ferãs illectas corripit, laceratque. Romani *varios* appellarunt, & *Africanos*, quòd ex Africa in ludorum usum mitterentur. Mares autem toto hoc in genere pardos nominarunt. Vide Plin. lib. 8. cap. 17.

Pārdălĭum, pardalii, n. s. παρδάλιον, Dicitur unguentum, quòd pardalis odorem reddat. ¶ Habet enim hoc animal pellem in primis odoriferam, cujus suavitate quadrupedes illectas devorat. Plin. lib. 13. cap. 1: Fuerat & pardalium in Tarso, cujus etiam compositio & mistura obliterata est.

Pārdŭs, m. i. [נמר *namér:* παρδάλεως, ὁ. Germ. Ein Leopard oder Pantherthier. Ang. *A Libard.*] Animal est ferum, Africæ & Syriæ familiare, pellem habens odoriferam, brevibus quibusdam macularum oculis distinctam. Fœminam in hoc genere pantheram appellant. Plin. lib. 8. cap. 17: Pantheris in candido breves macularum oculi. Ferũt odore earum mirè solicitari quadrupedes cunctas. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, crebberrimo in Asia, Syriaq;. Lucanus lib. 6: Quàm per summa rapit celerem venabula pardum. Iuven. Saty. 11: & magno sublimis pardus hiatu.

Pĭrēas, πειρέας, Serpens, in Syriæ locis reperitur. De veneno ejus require apud Act. um Serm. 15. cap. 31. Serpens est innoxius, cui caput pro magnitudine ac longitudine corporis parvum, tamen ita buculentum, tantoq; ictu hiat, ut correptum passerem, imõ columbi pullum deglutiat. Lucanus libro 9: Ec contentus iter cauda sulcare parcas. Sic legendum cum Isidoro, non pharios.

Pārĕchăsis πειέκβασις, ut definit Quintilian. lib. 4 cap. 13: Est alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrẽs tractatio. Latinè dici potest Digressio, vel excursus.

Pārĕctātŭs, πειφυτος, Qui de pueritia venit ad pubertatẽ: à verbo Græco πειφυτεύω, quod est extendo. Lucil. lib. 8: Vnde parectato chlamydes, ac barbula prima. Idem lib. 10: Tum ephebum quem vocant parectatum. Nonius.

Pārĕlcŏn, παρέλκον, Figura à Grammaticis appellatur, quum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adjicitur, ut apud Terentium in principio Andriæ: Adesdum, pro Ades. Latinè dici potest Productio. ἀπὸ τοῦ παρέλκειν, quod est producere, vel proferre longiùs.

Pārĕlĭa, παρήλια, Latinis virgæ, ab Historicis Soles appellantur, Autor Seneca.

Pārens, hujus parentis, priore corr. com. t. à Pario fit quo nomine quanvis propriè pater & mater significentur, apud Iurisconsultos tamen, teste Festo, etiam avus, & proavus, aliique superiores utriusque sexus, usque ad tritavos, & tritavias intelliguntur. [γονεῖς, γεννήτωρ, γεννήτειρα. Gall. *Pere ou mere.* Ital. & Hispan. *Padre o madre.* Ger. Der Vatter oder die Mutter: Item, Ein Altvorderer. Pol. *Rodzic, przodek.* Vngar. *Szulo.* Ang. *Parents, father and mother.*] Vltra hos qui non habent certum ac proprium nomen, majores appellantur. Cicero post red. in Senatu: Parẽtes charissimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est. Virg. 8. Aen. Quem subisse humeris confectũ ætate parentem, &c. Idem 2. Aen. Non prius aspicies, ubi fessum ætate parentem Liqueris Anchisem? Ovid. 4. de Pont. Eleg 7: nec tu Immeritò nomen

Pĕccĭnum, n. s. & nomen & participiũ esse potest. Teren. in Prol. Eunuchi utrunq; complexus est. Si id (*inquit*) est peccatũ, peccatum imprudentia est. Prius est nomen. [NDH *chéte. wisúpo.* Gall. *Prebi.* Ital. *Peccato.* Ger. Ein sund / missethat. Hisp. *Pecado.* Pol. *Grzech.* Vng. *Vetek, hiba.* Ang. *A sinne, an offence, a fault.*] Posterius participium, *ἁμαρτημάτων.* Est aũt peccatum, quicquid fit contra officium: quæ etiam culpa appellatur. Cic. 3. Offic. Si gladiũ quis apud te sana mẽte deposuerit, repetat insanitos, reddere peccatum sit: non reddere, officium. Idem de Amicit. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaverit. Cicero Attico lib. 3: Scio nos nostris multis peccatis in hãc summam incidisse. Virg. 10. Aen. Si fine pace tua atq; invito nomine Troës Italiam petiêre, luant peccata, neq; illos juvent auxilio. Peccatum autem à delicto ita differt, ut peccatum sit, cùm aliquid factum est, sed minus rectè. Delictũ verò cùm aliquid prætermissum & neglectum quod fieri debuit, Cornelius Fronto de diff. voc.

Pĕccātŏr, Omnes homines esse peccatores, testatur quoq; Salomon 2. Paral. 6. dum inquit: Neq; enim homo est, qui non peccet.

Pĕchўs, Major cubitus dicitur, similiter & Parapechyon, finem verò ejus Carpum. Plinius vocat brachiale, ossibus compactum octo cuiq; præjacet, vocant Procarpion.

Pĕcŭdo pro peccato à Cicerone dictum, ut auribus inserviret: adoptavit Gell. lib. 13. cap. 19.

Pĕcŏrārĭus, Pecorinus. Vide Pecus.

Pĕctĕn, inis, m. t. Instrumẽtum textorum, quo subtegmen stamini immittitur. [*κτείς.* Gall. *Vn peigne.* Ital. *Pettine.* Ger. Ein Weberlad durch das der zeug gezogen wird. Hisp. *El peine.* Pol. *Krosna.* Vng. *Szovéta.* Ang. *A combe.*] Virgil. 1. Georg. Arguto conjux percurrit pectine telas. Idem lib. 7. Aeneid. tectisq; superbis Vrit odoratam nocturna in lumina cedrũ Arguto tenues percurrẽs pectine telas. Iuvenal. Satyr. 7: Et malè percussas textoris pectine Galli Accipimus. Ovid. 3. Fast. & rarum pectine denset opus. ¶ A' cujus similitudine & pecten dictus qui explicat capillos. [Pol. *Grzebień.* Vn. *Fesser.*] Plaut. in Capt. Sed unum strictim me attonsurũ dicam esse, an per pectinem, Nescio. Ovid. 4. Metamorph. Sæpè Cytoriaco deducit pectine crines. ¶ Est quoq; cratis dentatæ genus, stylis ferreis, ad colendam terram. ¶ Item ferreum instrumentũ, quo rustici segetes metebantur. Colum. lib. 2. cap. 21: Alii pectinibus spicam ipsam legunt, &c. ¶ Est item pubes: hoc est, locus ubi pili ad verenda nascuntur, quem & Græci *κτένα* appellant. Iuven. Satyr. 6: Inguina traduntur medicis jam pectine nigro. Dictus pecten, quia ut barba indecorosa pectine indigeat. ¶ Est & instrumentum quo citharam pulsamus, *πλῆκτρον*, Virg. lib. 6: jam pectine pulsat eburno. ¶ Item pectines, sive pectunculi, *κτένες*, pisces sunt qui se ex aqua jaculantur figuræ modo, quemadmodum loligo facere dicitur. Horatius 2. Serm. Satyr. 4: Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum. ¶ Pectines item à Plinio in arboribus dicuntur rectæ per longitudinem pectinum modo lineæ & intervalla, quæ Græcè *στοῖχοι*, & *διαφόρους* appellantur: hoc est, discursus ille venarum rectus, in longitudinem porrectus: cujusmodi in pectine conspiciantur dentes. In quibus autem hic meatuum ductus aliquo modo variat: neq; rectus in longitudinem porrigitur, non solet eos Plinius absolutè pectines appellare, sed aliquid adjicere, quo varietas illa explicetur, obliquos, crispos, nodosove pectines appellans. ¶ Pecten Veneris, herba est, à pectinis similitudine dicta: cujus radix cum malva tusa, omnia tela corpori infixa extrahit. Autor Plinius libro 24. cap. 19.

Pĕctĭno, as, pen. corr. Ferreo instrumento, quod pectinem vocant, spicas lego, vel segetem meto. [*κτενίζω, κτένω.* Gall. *Peigner.* Ital. *Pettinare.* Ger. Den jung herfür gewachsenen Saamen etc. Hisp. *Peinar.* Pol. *Zne.* Vng. *Le aratom.* Ang. *To kembe or carde.*] Plin. lib. 18. cap. 21: Sunt genera tritæ, quorum ubertas pectinari segetem in herba cogat.

Pĕctĭnātŭs, a, um, Quod pectinis instar factum est. [*κτενοειδὲς.* Gall. *Peigné.* Ital. *Pettinato.* Ger. Das gemacht ist wie zwen strẽl in einander gesteckt. Hisp. *Peinada.* Pol. *Jako grzebień wczyniony.* Vng. *Fvvmc, formatus.* An. *Kembed, carded.*] Inde pectinatũ tectũ dicitur, teste Festo, quod in duas partes devexum est: quemadmodum testudinatum, quod in quatuor.

Pĕctĭnātŭs, a, um, adject. Idem quod pexus. Cornut. in Persio.

Pĕctĭnātim, adverb. Significat ad pectinis similitudinem factũ, & quasi denticulatim. [*κτενοειδῶς.* Gall. *A denteleure.* Ital. *A guisa di pettine.* Ger. In strãlweis: das ist / als zwen strẽl so mit den zähnen in einander gesteckt sind. Hisp. *Enclauijando las dedos.* Pol. *Zębato.* Vn. *Fogasson.* Ang. *Like a combe.*] Plinius lib. 9 cap. 35. Cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata. Sic dicimus Manus pectinatim junctas, quum utriusq; manus digiti inter se compliciti, pectinis figuram videntur referre, eminentibus utrinq; digitis, veluti pectinis dentibus. Idem li. 8. cap. 25: Pectinatim stipante se dentium serie.

Pĕcto, is, pexui, vel pexi, pexum, n. t. Explico & pando capillum. [*κτενίζω.* Gall. *Peigner.* Ital. *Pettinare.* Ger. Strälen. Bel. Kemmen. Hisp. *Peinar, desenbuelrar.* Pol. *Czesze.* Vng. *Fvvsullom.* Ang. *To kembe or carde.*] Cicer. 2. in Catil. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut bene barbatos videtis. Ovid. 1. de Arte: Hãc matutinos pectens ancilla capillos Incitet. Hor. 1. Carm. Ode 15: Nequicquam Veneris præsidio ferox Pectes Cæsariem. ¶ Iumenta quoq;, aliaq; animalia pecti dicũtur, quum sordes eorum & pili decidui, strigili distringuntur. Virg. 7. Aeneid. de cervo: Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lavabat. ¶ Transfertur etiam ad alia: nam & pectere citharã dicimus: hoc est, percutere: & Distendere pectine chordas: id est, plectro chordas movere. ¶ Item Pectere lanam, & vestes dicimus, à quo & vestes ipsæ, pexæ dicuntur: hoc est, quæ in superficie quasdã veluti lanosas extuberantias ptæ se ferunt, quales sunt vestes quas *Catonnatas* & *Frisatas* vulgus vocat. Plin. li. 8. cap. 48: Istric Liburniacq; pilo propior quam lanæ, pexis aliena vestibus. Idem lib. 9: Et ipsa stuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Pexa folia: hoc est, crassa, & in medio extuberantias quasdã habentia in modũ panni pexi. Col. lib. 11. cap. 3: At Cappadocia quę pallido & pexo, densoq; folio viret mẽse Februario. Pexa munera. pro togis pexis, apud Martialem lib. 7: Divitibus poteris Mutas elegosq; sonantes Mittere: pauperibus munera pexa dato. ¶ Hujus verbi composita sunt Depecto, Propecto, in longum pecto. Ovid. 1. Fastor. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Repecto, tursus pecto. *ἀναπεκτέω.* Claud. Sparge diem meliore coma, crinemq; repexi Blandius elato surgent temone jugales.

Pĕxĭtās, atis, f. t. [*τὸ τῶ ἱστῶ ὑφασμένον, ὑφασμα.* Gall. *Tissure, contrelassement de laine.* Ital. *Spesse Vrdi pelo in tela o in altro.* Ger. Ein richtung da ein ding so ordenlich nacheinander ligt / oder gehet alß ob es gestrält wär: alß in einem gewep die fäden so den langen weg vnd vberzwerg gehn / alß ob es ein fuß wäre. Hisp. *Raso.* Pol. *Sukno wełniste z włokien belszczenie.* Vng. *Meg nyırt szőrszöl es.* Ang. *Twisting or carding of wool.*] Plin. lib. 11. cap. 24: Quam non ad hoc pertinere videtur crebrata pexitas telæ.

Pĕxātŭs, adjectivum: Veste pexa indutus. [*μαλακοῖς ἐσθῆσι μαλακῶς ἐσθημένος.* Gall. *Vestu de robbe à long poil.* Ital. *Vestido d' habito di longo pelo.* Ger. Mit einem fochteten anaethan. Hisp. *Vestido de raso.* Pol. *Wżukuie wełnistemi obleczony.* Vng. *Megh nyırt ruhaban öltözött.* Ang. *Clothed in a roughe garment.*] Martial. lib. 1: Pexatus pulchrè, &c.

Pĕctĭtŭs, a, um, pen corr. idem quod pexus. [*εὐπεπλος.* Gal. *Peigné.* Ital. *Pettinato.* Ger. Gebürst / oder gekemmet. Hisp. *Peinado.* Pol. *Zgrzebiony.* Vng. *Fvvsvelt.* Ang. *Krmbed.*] Columell. libro 2. capite 3: Præparatæ sint & pectitæ lanæ, quò facilius justa lanificio persequi atque exigere possit. ¶ Per translationem accipitur pro culto, polito, & subacto. Idem libro 10: Verùm ubi jam puro discrimine pectita tellus Deposito squalore nitet.

Pectŭs, oris, n. t. Anterior pars animalis, à gula usque ad ventrem. [*στῆθος, ἀγκὼν, εὐθὺ.* Gall. *La poictrine.* Ital. *Petto.* Ger. Die brust so von dem Hals gẽht biß auff den Bauch. Bel. Die Borst. Hisp. *El pecho.* Pol. *Piersi.* Vng. *Mely.* Ang. *The breaste.*] Hoc hominis tantum latum est, reliquis animalibus carinatũ, ut ait Plinius lib. 11. cap. 37. Dictum autem putatur pectus à compactis costis. Est enim pectus costis compactum, quæ velut firmamentum pectoris sunt. Virgil. 9. Aeneid. Pectore in adverso totum, cui cominus ensem Condidit assurgenti, &

multa morte recepit. Horat. 2. Serm. Sat. 2: - tum pectore adusto Vidimus & merulas poni. Quintil. lib. 2. cap. 15: Nam & M. Aquilium defendens Antonius scissa veste, cicatrices quas is pro patria adverso pectore susceperisset, ostendit. ¶ Accipitur nonnunquam pectus pro corde quod sub pectore latet: vel pro ipso animo quem in corde residere, nonnulli antiquorum putaverunt. Iuven. Satyr. 13: Nocte dieq; suum gestare in pectore testem. Horat. lib. 1. Epist. Non tu corpus eras sine pectore. Accipere toto pectore, pro cõplecti toto animo, amore, benevolentia, studio. Virgil. 9. Aeneid. Te verò mea quem spatiis propioribus ætas insequitur, venerande puer, jam pectore toto Accipio, & comitem casus complector in omnes. Cicero de Amicitia: In Amicitia nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumq; ostendas, nihil fidum, nihil explorátum habeas.

Pectusculum, diminut. parvum pectus, *exigidior.*

Pectŏrālis, pectorale, omn. Quod ad pectus pertinet: ut Fascia pectoralis. [*κατὰ στηθος, ἐπιστηθιος.*] Gall. *Appartenant à poitrine.* Ital. *Pettorale.* Ger. Das zu der Brust gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al pecho.* Pol. *Przestawa.* Vng. *Melyre valo.* Ang. *Pertayning to the breast.*] ¶ Est & pectorale substantivum, genus armaturæ quo pectus munitur. [*τὸ στηθοδυτον, στηθοδυτης.*] Gall. *Poitral, armure de la poitrine.* Ital. *Armatura del petto, pettorale.* Ger. Der Brust harnisch, wird sunst genennt der Krebs. Hisp. *El pecho, armadura del pecho.* Ang. *A breastplate.*] Plin. lib. 37. cap. 7: Sacrata lege pugnantibus & pectoralibus eorum, ocreisq; & galeis.

Pectŏrōsŭs, a, um, Qui est magni & validi pectoris. [*στηθώδης.*] Gall. *Qui a large & longue poitrine.* Ital. *Petterato.* Ger. Das ein grosse und starcke Brust hat. Hisp. *Cosa de gran pecho.* Pol. *Przestáły.* Vng. *Nagy mellyue, melyes.* Ang. *That hath a broade and strong breaste.*] Autor Priapeæ: Nemo est feroci pectorosior Marte. Colum. lib. 8. cap. 2: Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus.

Pĕcŭārĭus. Pecuarius. Vide Pecus.

Peculiaris. Peculiosus. Vide Peculium.

Pĕcŭlĭum, lii, n. s. Dicitur quicquid alicujus labore & industria partum est. [רכוש *rechûsh* סגלה *segulláh. vt idem, τὸ ἴδιον, τὸ ἐκτητον, τὸ κτῆμα.*] Gall. *Le bien propre à chacun.* Ital. *Peculio* Ger. Ein Eigenthumb / oder eigen Gut / etwas so einer mit seiner arbeit zu eigen vbertommen hat. Hisp. *El peculio.* Pol. *Własność mayą prácą nabyta.* Vng. *Munkával gyiytt, keresett marha.* Ang. *The proper goodes of any man.*] Apud veteres peculium dicebatur quodvis patrimonium, eò quòd pecoribus omnis eorum substantia constabat: unde & peculii nomen deductum est. Postea tamen consuetudine loquendi factum est, ut peculii nomine illud præcipuè comprehenderetur quod servus vel filiusfamilias, dum adhuc in domini potestate esset, vel patris, industria sua, vel labore lucrifecisset. Cicero in Paradox. An eorum servitus dura est, qui cupiditate peculii nullam conditionem, recusant durissimæ servitutis? Plaut. in Asinar. - quanquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. Ibidem: Largitur peculium omne in terga thesaurum gerit. Florent. Iurisconsul. in l. peculium. ff. de peculium, *inquit*, ex eo constitit, quod patrimonia sua quis paravit, vel officio suo meruit sibi donari, idque velut proprium patrimonium servum suum habere quis voluit. Tubero autem, referente Celso libro 6. ff. sic definivit peculium, quod servus domini permissu separatum à dominicis rationibus habet. ¶ Peculium castrense dicitur quod à parentibus aut agnatis in militia degenti donatum est, vel quod filiusfamilias in militia acquisivit, quod nisi militasset, non haberet. Vide de hoc latiùs in dictione Castrensis. ¶ Sunt præterea tria peculii genera, Quasi castrense, profectitium & adventitium, de quibus vide Hotomanum in Lexico. A peculio fit diminut. peculiolum.

Pĕcŭlĭāris, re, omn. Quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur, seu quod peculii proprium est. [*ἰδιος.*] Gall. *Propre, particulier, appartenant à aucun.* Ital. *Peculiare, particolare.* Ger. Das zu dem Eigenthumb gehört / das eines eigen ist. Hisp. *Propio, cosa pertenesciente à peculio.* Pol. *Własny.* Vn. *Tulaidun, tzeghoz valo.* Ang. *Particular, proper to our.*] Plaut. in Asin. Etiam opilio qui pascit inter alienas oves aliquam habet peculiarem, quæ spem solent suam. Sed in usu jam receptum est ut peculiaris, propius sive præcipuus dicatur, nec cum aliis communis. Sue[illegible]. in Cæs. Præterea monetæ publicisq; vectigalibus peculiares servos præposuit. ¶ Peculiare edictum, dicitur quod peculiariter ad certam rem est propositum. Cic. 5. Verrin. Exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum Decumano pactus esset. ¶ Vsurpatur aliquando peculiare pro re servili. Vlpian. l. si quis vinũ. ff. de tritico, vino & oleo leg.: Si peculiare vinum legatum sit, id continere quod servi habuerunt.

Pĕcŭlĭārĭtĕr, adverb. propriè, præcipuè. [*ἰδίως, ἰδίως, ἰδιοτατα.*] Gall. *Particulierement, sfpecialement.* Ital. *Particolarmente, sfpecial-*

mente. Germ. Sonderlich / eigentlich. Hisp. *Propiamente, especialmente.* Pol. *Własnie.* Vng. *Kiuáltképpen.* Ang. *Particularlie, specially.*] Plinius lib. 27. cap. 4: Epiphoris peculiariter imponitur. Quintil. lib. 8. cap. 2: Quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui peculiariter tribuitur, ut Verbem, Romam accipimus: Venales, novitios: & Corinthia æra: quum sint aliæ urbes quoque, & venalia multa, & tàm aurum & argentum, quàm æs Corinthium.

Pĕcŭlĭōr, ārĭs, comparat. Magis propriè: *ἰδιοποιεω*, qua voce utitur Vlpian. l. 4. in fi. D. de doli except.

Pĕcŭlĭōsŭs, a, um, Qui peculii multum habet. [*χρηματωδης.*] Gall. *Qui a bien de quoy.* Ital. *Ricco, facoltoso & che ha molte possessioni.* Ger. Der viel eigens hat / wol haben. Hisp. *Cosa de grande peculio.* Pol. *Maiący wielka własną.* Vng. *Marhas.* Ang. *That hath abundance of proper goodes.*] Plautus in Rudens. Peculiosum esse decet servum & improbum, Quem hero præsente præterat oratio.

Pĕcŭlĭātŭs, a, um, idem quod peculiosus. [*πολυχρήματος.*] Gal. *Pecunieux, riche, qui a bien dequoy.* Ital. *Denaroso, ricco.* Ger. Reich an gutt / guttreich. Hisp. *Rico, que tiene gran peculio.* Pol. *Bogaty.* Vng. *Marhas, kazdag.* Ang. *Riche, well fauored.*] Asinius Pollio ad Ciceronem: Planè bene peculiatus Budæus. Caius in l. 2. in fin. Digest. de ædilit. edict. Atquè si quis simpliciter dixerit peculiatum esse servum, sufficit si is vel minimum habeat peculium.

Pĕcŭlĭo, as, act. p. Quempiam pecunia multo, aut peculium aufero. *ἀχρηματίαν ποιῶ.* Plaut. in Pers. Arq; ob istam rem ego aliquid te peculiabo.

Pĕcŭlŏr, ārĭs, & Depeculor, Quæ ad Remp. seu principem pertinent, furor. *κλέπτω τὰ δημόσια.*

Pĕcŭlātŏr, & Depeculator, m. t. Qui hujusmodi furtum facit, autore Asconio. [*κλέπτης τῶν δημοσίων.* Gall. *Celuy qui desrobbe l'argent du prince ou de la Republique.* Ital. *Che rubba il publico.* Ger. Ein dieb / der in ein gemeinen Seckel oder eines Fürsten Gut ein eingriff thut. Hisp. *El ladron de las rentas del rey y publicas.* Pol. *Kradzieży rzeczy possolite albo pankie debra kradnie.* Vng. *Közönségen tolvaj.* Ang. *He that robbeth the common treasure or kinges exchequer.*] Cicer. 3. Officior. Neq; enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco dicendum est.

Pĕcŭlātŭs, tus, m. q. peennia publicæ, aut fisci furtũ, sicut sacrilegium rerum sacratum. [*τὰ τῶν δημοσίων κλέμματα.* Gall. *Larcin de bien du commun & public.* Ital. *Furto che si fa del publico.* Ger. Ein dieb stal auß dem gemeinen Seckel / oder eines Fürsten Schatz. Hisp. *Hurto de las rentas publicas.* Pol. *Kradzież rzeczy possolitey albo pankiego.* Vng. *Tar haz meg lopas.* Ang. *Robbrie of the common treasure or kinges exchequer.*] Cic. 5. Verr. Non intelligit hæc ea jamdudũ loquor, ad aliam quæstionẽ atq; ad peculatus judicii pertinere. Plinius de Viris illustribus Livius: Salinator primo Cõsul de Illyriis triũphavit. Deinde ex invidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Metia, condẽnatus. Plaut. in Cistel. Ergo in me peculatum facit.

Pĕcŭlātŭs, principio capitalis Romæ non fuit, & pecuniæ pœna, non capitis diminutione notabatur. Id significat Livius lib. 27. quũ ait: M. Livius erat, multis annis ante ex consulatu populi judicio damnatus: quã ignominiã adeò ægrè tulerat, ut & rus migraret, & per multos annos & urbe & omni cœtu careret hominum. Ex his verbis non esse M. Liv. aqua & igni interdictum, sed affectum animo graviter ex eo judicio, iratum populo, sua sponte urbe cessisse, animadverto. Eum autem peculatus nomine esse damnatum ex eo libello constat, quem nescio quis de Viris illustr. composuit. Et apud Livium lib. xxxvii. damnato de peculatu L. Scipione Asiatico, Africani majoris fratre, litis æstimatæ & carceris, nisi solveret, mentio fit: aquæ verò & ignis interdictio nulla nominatur. Est etiam exemplum M. Camilli, qui urbem Romam obsidione Gallorum liberavit. Hic ob Vejentanam prædam, ut ait Liv. à L. Apuleio accusatus xv. millibus gravis æris damnatus est: abiit autem in exilium ante judicii diem: quia quum se damnatum iri de suis tribulibus & clientibus cognovisset, de patria maluit decedere, quàm iniquissimam multam populi suffragiis irrogatam exolvere. Nam damnatis de peculatu vel quanti esset lis æstimata, solvendum erat, vel in vinculis donec solverent, miserrimè vivendum, quod in Scipionis Asiatici judicio Livius significat, quòd si reus judicio non expectato, in exilium voluntarium abiisset, tunc accusatorem quidem is qui cœperat persequebatur, reum tamen absentem non alia quàm pecuniaria pœna populus condemnabat: eamq; pecuniam solvere, si rediret, damnatus cogebatur, aut si solvendo non esset, in carcerem ire. Hoc de crimine lex nulla nominatur: sed ante M. Aemilium Lepidum. C. Flaminium Coss. quo anno superior Asiaticanus à duobus Petilliis trib. pleb. est accusatus, judicem senatum fuisse. Livius libro xxxvi. significat: me tamen idem Livius in dubitationem adducit: senatúsne an populus ante eos Consules quos nominavi,

nominavi de peculatu quæsierit. Scribit enim duabus libris XXVII & XXIX. M. Livium Salinatorem, post priorem consulatum à populo esse condemnatum: eam porrò damnationem peculatus nomine fuisse jam ostendimus. Sed videlicet exhonorare possumus quovis de crimine, si tribun. pleb. aliquis esset accusator, populum judicare potuisse ne gravis autor Tit. Livius damnetur incōstantię. Post Africani, ejusq; fratris Asiatici accusationem, prætor cum judicum consilio de iis qui peculatus arguerentur, quæstionem exercuit: id opinor lege ab aliquo magistratu lata institutum: alioqui, quod sinatus universi munus erat ad prætorem certumq; judicum numerum, senatu negligente translatum, vix putarim. Lege postea Iulia capitalis peculatus factus est, quod Iurisconsulti declarant. Peculatus pœna, inquit Vlpianus ad legem Iuliam peculatus, aquæ & ignis interdictionem continet, in eam hodie succedit deportatio. Porrò qui in eum statum dedicitur, sicut omnia pristina jura, ita & bona amittit. Lege autem peculatus tenebatur, si quis pecuniam publicam furripuisset, vel ut furriperetur curasset: si quis in aurum, argentum, aut æs publicum quid indidisset, vel immiscuisset, fecisset; dolo malo, quo id pejus fieret: hæc apud Venuleium scripta sunt. Quod autem addatur eadem Iulia lege obstrictos fuisse qui æs, in quo leges incisæ erant, refixisset, vel quid immutasset, aut in publicis tabulis delevisset, induxissetve, hæc ego non ad peculatum, sed majestatem retulerim. Quòd si pretio commissum id fuisse: ne sic quidem peculatus mihi videtur, sed damnati potiùs majestatis, & corruptus, & corruptor: quædam enim incerta crimina in majestatem conferebantur: neq; aliud crimen patebat latiùs: atq; etiam, quod in lege Iulia peculatus ait Vlpianus scriptum fuisse, ne quis ex præsidia sacra religiosaq; auferret, intercideret, in rem suam verteret, non peculatum magis, quàm sacrilegium, fuisse existimarentur. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator pecuniam ex præda captam penes se privatim retinuisset, eamq; nec in triumpho tulisset, nec in ærarium retulisset. Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis: nam qui prædam ab hostibus captam furripuerat, in quadruplum damnabatur: cæteris autem aqua & igni interdicebatur. Postea rogata est alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna. Et quoniam, ut repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit: propterea, ut in repetundis, sic in peculatu æstimationes fiebant litium, contraq; hæredes, ut scripsit Papinianus ad legem Iuliam peculatus, actio dabatur: peculatum tamen, quod ante quinquennium esset admissum, objici non oportuit, si Venuleio credimus. Ex Pauli Manutii lib. de Legibus Romanis.

Pecūs, ŭdis, ſ. c. A pecore, sive pecu dicta est: quia apud antiquos omnes divitiæ in pecudibus erant sitæ. [שׂה *chiſeph.* πρόβατον. Gall. *Argent, ou ce qui vaut argent.* Ital. *Pecunia, danaro.* Ger. & Bel. Gut. Hiſp. *El dinero, ò generalmente todo lo que vale dinero.* Pol. *Pieniądze.* Vng. *Penz.* Ang. *Siluer or other goodes worth siluer, money.*] Columell. lib. 6. in præfat. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademq; quæstuosissima: propter quod nomina quoque pecuniæ, & peculii tracta videntur à pecore. Quod non solùm veteres possederunt, sed adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus. Plin. lib. 33. cap. 3, scribit: Pecuniam sortitam esse nomen à nota pecudis, eò quòd primum æs nota pecudis signatum fuit. Hinc Plutarchus in Poplicola asserit, in vetustissimis nummis signum fuisse ovis, & suis, bovisq; conspectum. Pecuniæ verò nomine (ut inquit Hermogenianus, l. pecuniæ. ff. de Verb. signific.) non modò numi: hoc est, numerata pecunia: sed omnes res tàm solidæ quàm mobiles, & tàm corporales quàm jura continentur. Cicer. 2. de Finib. Magni æstimabat pecuniam, non modò non contrà legem, sed etiam legibus partam: quæ quidem vel cum periculo est quærenda nobis: est enim effectrix multarum & magnarum voluptatum. Horat. 1. Epistol. 6: Et genus, & formam regina pecunia donat. Idem 4. Carm. Ode 9: Vindex avaræ fraudis, & abstinens Ducentis ad sectacta pecuniæ. ¶ Horat. Scilicet uxorem cum dote fidemque & amicos: Et genus & formam regina pecunia donat. Idem: Nam genus & virtus, nisi cum revilior alga est. Idem per ironiam Satyricum: O' cives cives quærenda pecunia primùm: Virtus post nummos. Pecunia quantum apud veteres sperata fuerit, ostendit Erasm. in Milite suo can. 6. ubi sic legitur: Non tulerunt theatra Athenienſium, &c. Pecuniam ad loco negligere, lucrum esse testatur Propheta 2. Paralip. 26: Habet dominus unde det nobis posse his multa plura, &c. Interpecuniam & sapientiam ita distinguit Salomon: Vultet ergo, sapientia cum divitiis, & magis prodest videntibus illam. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo. Eccles. 6: Pecuniæ, inquit Ecclesiastes, obediunt omnia, cap. 10. Iuxta illud: Auri sacra fames, &c. Pecuniæ tum usum ad vitæ nostræ sustentationem necessarium esse, Hesiod hoc carmine docuit:

χρήματα δ' ψυχῇ πέλεται, δύλοῖσι δ' ἄρεστῖν.

Pĕcūnĭŏlă, hujus diminutivum est. πρόβατον.

Pĕcūnĭārĭŭs, a, um, Quod ad pecuniam pertinet, vel quod est de pecunia. [χρηματικός. Gall. *Appartenant à argent.* Ital. *Che s'appartiene à denari.* Ger. Das zu dem Gelt gehört. Hiſp. *Cosa perteneſciente à dineros.* Pol. *Pieniądzowi.* Vng. *Penzhez valo.* Ang. *Belonging to money.*] Cic. ad Brutum: Nodus est inopia rei pecuniariæ. Idem pro Cluent. Neminem voluerunt majores nostri non modò de existimatione cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenisset. Lis pecuniaria, Quintil. lib. 6. cap. 1.

Pĕcūnĭārĭs, e, idem quod pecuniarius. Sic pecuniaris damnatio dicitur pro pecuniaria apud Macrum l. 10. in fin. D. de pœn.

Pĕcūnĭōsŭs, a, um, Qui abundat pecunia. [πολυχρήματος. Gall. *Pecunieux, riche.* Ital. *Ricco, danaroſo, che abonda di pecunia.* Ger. Gettreich, der viele des Gelts hat. Hiſ. *Cosa de muchos dineros.* Pol. *Pieniężny.* Vng. *Penzes.* Ang. *That abundeth of money, riche.*] Nonius: Pecuniosorum, & locupletum proprietatem aperuit M. Tullius de Senect. à pecore pecuniosos, & à possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multaq; ditione ovium, & boum: quòd tunc erat res in pecore, & locorum possessionibus, ex quo locupletes & pecuniosi vocabantur. Cic. 2. Verr. Pecuniosum hominem, quanvis sit nocens, neminem posse damnari. Idem 1. de Invent. In fortuna quæritur, servus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis. Artes pecuniosæ. Martial. lib. 3: Artes discere vult pecuniosas.

Pĕcŭs, pecudis, fœminini generis, & Pecus, pecoris, neutri, omne animal quod sub hominis imperio è pabulo terræ pascitur: ut boves, asini, equi, cameli, oves, capræ, & hujusmodi. [בְּהֵמָה *ſon* מִקְנֶה *miknah* בָּקָר *bohir* קִנְיָן *kinjan.* πρόβατον. βοσκήματα. Gall. *Beſtiail.* Ital. *Beſtiame.* Ger. Alles ley Vech dem Menſchen dienſtlich. Hiſp. *Hato ò manada de ganado.* Pol. *Bydło.* Vng. *Barom.* Ang. *All maner of cattail.*] Varro lib. 2. de Re rustica cap. 5: Qui gregem armentorum emere vult, observare debet primùm, ut sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm jam expertæ. Plinius etiam elephantos pecudes vocat: Qui (inquit) cū elephanto cōgressus, gemino ictu pecudem exanimavit. ¶ Invenitur etiam pecus, coris, pro multitudine pecorum, seu pecudum. Virg. 3. Aeglog. Dic mihi Dāmœta, cujum pecus, an Meliboei? Idem: Caprigenumq; pecus nullo custode per herbas. ¶ Interdū pro ove. πρόβατον. Plin. lib. 8. cap. 49: Est & in Hispania, & maximè Corsica, non dissimile pecori genus musimonum, caprino villo, quàm pecoris vellere propius. Quintil. Cur in usum vestium sæpè pecori lanæ detrahuntur! ¶ Interdum dicitur de quovis animante, quod humana lingua & effigie caret. ἀνθρωπόμορφον. Virgil. 4. Georg. Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent. Horat. lib. 1. Carm. Omne quum Proteus pecus egit altos, Visete montes. ¶ Pecus autem, quum in genitivo facit pecudis, nunquam accipitur collectivè: alioqui omninò eadem habet significationes. Dicitur enim de quovis animali excepto homine. Plinius lib. 8. cap. 7: Ipsius animalis tanta narratur clementia adversus minus valida, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoveat, nequid obterat imprudens. Virgil. lib. 4. Georg. de apibus loquens: - & pecudum custodia fallere. Lucret. de piscib. Præterea genus humanum, mutæq;, natantes, Squamigeræ pecudes. Columell. lib. 8. cap. 3: Volatile pecus facilè custodiam decipit. Dicturq; pecus (ut docet Varro) à pes, quòd pedibus sine ratione bruta ferantur. ¶ Sunt qui dicant pecus, pecudis, olim fuisse masc. gen. quòd apud Ennium lectum sit, Pecudi marito: poterimus tamen dicere, Mario, ibi esse substantivum, & figuratè eum alterius generis substantivo cohærere. Legitur etiam pro eodem Pecu, & in numero plurali pecua: de quo supra. ¶ Pecuda etiam neutro genere in usu fuisse, veterum affirmat autoritas. Sisenna: Iumenta, & pecuda locis trepidare cōpluribus. Item Cic. de Repub. apud Nonium: Quum adhibent in pecuda pastores.

Pĕcŭ, hujus pecu, in plurali: pecua, pecuum, pecubus. Antiqui dixerunt pro pecore. Plautus Ruden. Nō vides me referre uvidum rete, sine squamoso pecu? Idem Mercat.: Nec pecua ruri pascere, neq; pueros nutricare, &c.

Pĕcŏrīnŭs, a, um, Quod est ex pecore: [προβάτινος. Gall. *Beſtial.* Ital. *Pecorino.* Ger. Das vom Vech kumpt. Hiſp. *Cosa de ganado.* Pol. *Zbydlęcy.* Vng. *Barombol valo.* Ang. *Of cattail.*] ut Pecorina caro: quam & pecoream pecudinam, & pecuinam possumus appellare.

Pĕcŏrōsŭs, a, um, Quod pecore abundat: [προβατώδης. Gall. *Abondant en beſtail.* Ital. *Ch' abonda di pecore.* Ger. Vell Vechs. Hiſp. *Cosa de mucho ganado.* Pol. *Dostatni w bydło.* Vng. *Barmos.* Ang. *Riche in cattail.*] ut Pecorosa palatia, apud Propertium libro 4: Venit ad invictos pecorosa palatia montes, Et statuit

fessos, fessus & ipse, boves. Statius 10. Thebaid. Cui fœtura gregem pecoroso vere novavit.

Pecorārius, m.s. Qui pecus, sive pecora publica redimit, ut inquit Asconius. [נקד nokédh. κτηνοτρόφος.] Romani enim vetustiores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. ¶ Est etiam pecorarius, qui pecorum curam habet, pecuarius. [נקד nokédh. νομεύς. Gall. *Gardien de bêtail, berger.* Ital. *Pecoraio.* Ger. Ein Byehhirt/oder der zu dem Vych sorg hat. Hisp. *Ganadero.* Pol. *Stroż bydlęcy.* Vng. *Barom gond viselő.* Ang. *A grasyer, that feedeth cattail.*] Augustin. lib. 15. de Civit. Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecoratiorum.

Pecŭārius, rii, m.s. Qui pecora pascit, pecorarius. [נקד nokédh. κτηνοτρόφος, νομεύς. Gall. *Berger.* Ital. *Pecoraio.* Ger. Ein Byehhirt. Hisp. *Ganadero, ò pastor de ganado.* Pol. Krowiarz. Vng. *Barom bvch*, Ang. *A feeder of cattail.*] Cic. 4. Verr. Mercator, an arator, an pecuarius.

Pecŭārĭus, a, um, Quod ad pecus pertinet. [Βοσκηματικός. Gall. *Appartenant à bêtail.* Ital. *Che serue à bestiame.* Ger. Zu dem Vych gehörend. Hisp. *Pertenesciente à ganado.* Pol. *Bydlęcy.* Vng. *Barombos tartozo.* Ang. *Belonging to cattail or bestiall.*] Plautus in Truculento: Malè vertit res pecuaria mihi apud vos. Colum. lib. 7. cap. 12: Pecuarius canis neq; tàm strigosus aut petnix debet esse, quàm qui damas, cervosq;, & velocissima lectantur animalia: est autem Pecuarius canis, qui pecora, vel pecudes custodit à luporum voracitate, & injuria.

Pecŭārĭa, orum, n.s. Dicūtur à pecu. [עדרים hadhārim מקנים miknim Βοσκήματα. Gall. *Troupeau de bêtail.* Ital. *Greg gi grandi di pecore.* Ger. Grosse schaaren oder hauffen Vych. Hisp. *Hato de ganado.* Pol. *Stada bydlęce.* Vng. *Tsorda.* Ang. *Flockes of cattail.*] Nominativus singularis est pecuare, vel pecuar per apocopen. Propriè autem pecuaria dicuntur magni pecudum greges. Persius: Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Virgil. 3. Georg. Solve mares, mitte in venerem pecuaria primus. Autor ad Herenn. lib. 4: Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? ¶ Nonnunquam pecuaria pro vectigalibus accipiuntur, aliisq; rebus omnibus, ex quibus populus habet provĕtum. Diu enim hoc uno vectigali populus Romanus contentus fuit. Cicero de Claris Oratoribus: Infimularetur q; familia partim etiam liberi societatis ejus, quæ pecuaria de P. Cornelio L. Mummio COS. redemisset, &c.

Pecŭārĭa, æ, f. p. Dicitur ratio parandi, ac pascendi pecoris ut fructus ex eo percipiatur, quæ & Res pecuaria dicitur. [κτηνοτροφική. Gall. *Pasture, art de paturage.* Ital. *Pastura.* Ger. Der Gewerb mit dem Vych vmbzugehn / die Genutzung vnnd vycherhaltung. Hisp. *El arte de criar ò ganado.* Pol. *Pasterstwo wchowanie bydła.* Vng. *Barommal valo kereskedes.* Ang. *The feeding or pasturing of beastes.*] Varro libro 3. de re rustica, capite 1: Tres libros instituī, è quibus duos scripsi, primum ad Fundaniam uxorem de agricultura: secundum de pecuaria, ad Turannium Nigrum. ¶ Est & pecuaria, locus in quo pecorum greges constituunt. [נאות noith.] Varro libro 2. capite 1: Cujus nobiles pecuariæ in Illyriis habentur. Idem in Præfat. libri 2: Quòd eò facilius faciam quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ovarias. Non malè quis possit ex hisce Varronis exemplis pecuarias intelligere, ipsos pecudum greges: quemadmodum apud eundem Pecuariæ videntur accipi lib. 3. cap. 2: Ubi sic ait: Duo quum sint genera pastionum: unum agreste, in quo sunt pecuariæ: alterum villaticum, in quo sunt gallinæ, & columbæ, &c. ¶ Pecuariam rem facere, significat armenta, greges q; alere, quæ res ad scientiam pastoris pertinet. κτηνώδη ἐπιστήμη.

Pecŭum, Cato genitivo plurali protulit, ab eo quod est pecu. Autor Festus.

Peda. Vide PEDES pedum.

Pedagium, & Guidagium, barbara vocabula, exponuntur in C. super quibusdam. ext. de Verb. sign. & ibidem Abbas. & in C. Innovamus de censibus.

Pedalion. Polygonium apud Dioscor. lib. 4. cap 5.

Pedalis, Pedamen, Pedaneus, Pedarius. Vide PEDES pedum.

Pedatim, Pedatio, Pedatum. Vide PEDES pedum.

Pedem, s. pen. prod. hujus Pedemanis, πήδησις, Genus saltationis Laconicæ in quâ pedes in orbem ad nates torquebantur: de qua Lucia. in libello περὶ ὀρχήσεως. Iuven. Satyr. 11: Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alii legunt pyrrhismate.

Pedeprefim, Pedes, ĭtis, Pedester, Pedetentim, Pedica, Pediculus, Pedisolus, Pedisequus, Peditatus. Vide PEDES pedum.

Pĕdes [נ] regl. πόδες. Gall. *Les pieds.* Ital. *Piedi.* Ger. Die Füss. Bel. Benen. Hisp. *Los pies.* Pol. *Nogi.* Vng. *Lab.* Ang. *The feet.*] Dicuntur quibus utimur in gradiendo, cujus nominativus singularis est Pes, à Græco πούς. Pes autem totum dicitur quod est à femore ad calcem: dividiturq; in coxendicem, femur, genu, femen, poplitem, crus, suram, & imum pedem, qui talus appellatur: dividiturq; in convexum pedis, quæ pars superior est: & calcaneum, quæ est pars posterior: item in volam, quæ est pars medii pedis cava: & plantam, quæ pars tota inferior est: præterea in digitos & ungues. A' vola pedis indita sunt cognomina Plancis, Plotiis, Scauris, Pansis: de quibus satis docuit. Ovid. 3. de Pont. Hæc dea nō stabili quàm sit levis orbe figurat, Quæ summum dubio sub pede semper habet. Idem 12. Metamorph. pedibusq; virum proculcat equinis. Virgil. 8. Aeglog. Quò te Mœri pedes? an quò via ducit in urbem? Ad pedes servus, Ante pedes, à pedibus. Vide ad præpulit. ¶ Suo se pede metiri: hoc est, facere sumptum pro facultatum suarum modulo. Horat. 1. Epist. 7: Metiri se quenq; suo modulo ac pede, verum est Quoniam verò stabilis fundamentum pedis est, factum est ut in ædificiis area, pes magnus dicatur. ¶ Pes etiam mensuræ genus est quo mensurantur terræ, & continet quatuor palmos: hoc est, digitos sedecim. ¶ Item funis qui in navi tenditur velum. Virgilius lib. 5. Aeneid. Vna omnes fecêre pedem. Plautus etiam remos navium pedes appellavit. ¶ Pedes etiam dicuntur legitimæ carminum dimensiones: ut dicimus carmen Heroicum sex habere pedes: Pentametrum, Phaleucium, & Saphicum, quinq; Metaphora videtur sumpta ab animalium pedibus. Nam quemadmodum illa suis pedibus moventur, ita etiam carmina suis quibusdam incedunt pedibus. Aut certè à mensuræ genere, quod pedem vocari diximus, quòd carmina suis pedibus veluti mensuris quibusdā dimetiantur. ¶ Præterea pes vocatur fœdum capitis animal, à multitudine pedū. Plaut. in Curc. Vt muscæ, culices, pedes, pulices q;, Odio, & malo, & molestiæ, bono usui cîtu nullo. Hujus diminutivum frequentiùs in usu habetur, scilicet Pediculus, sive pedunculus.

Pĕdĭcŭlus, li, diminutivum, m.s. Parvus pes. [πόδιον. Gall. *Petit pié.* Ital. *Piccial piede.* Ger. Ein klaine Füsslin. Bel. Een Voetien. Hisp. *Pie pequeno.* Pol. *Nożka.* Vng. *Labotska.* Ang. *A litle foote.*] Plin. lib. 9. cap. 28: Mollia sunt soligo, sepia, polypus, & cæteri ejus generis. His caput inter pedes & in ventre: pediculi octoni omnibus. ¶ Hinc pediculi vocantur, quibus fungi, pyra, mala, & hujusmodi sustinentur φόρμοι. Plin. lib. 22. cap. 23: Tutiores fiunt fungi cū carne cocti, aut cum pediculo pyri. ¶ Item pediculus vermis in capite hominis, & in cæteris animalibus. [כנם chinnām. φθείρ. Gall. *Vn pou.* Ital. *Pédecchio.* Ger. Ein Laus. Hisp. *Piojo.* Pol. Wosz. Vng. *Tetue.* Ang. *A louse.*] Colum. lib. 8 cap. 7: Pluma omnis è capite, & sub alis, atq; clunibus demetur: illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret. ¶ Pediculi quoque terræ scarabei terrestres nigri similes. Sunt & maris pediculi, teste Plin. lib. 32. cap. 7. & 8. ita dicti à similitudine pediculorum capitis, quibus ad varia medicamenta utuntur.

Pĕdĭcŭlāris, a, um, ut Pediculata poma, quę pediculos habent, quibus suspendi possunt.

Pĕdĭcŭlārĭs, lare, Quod ad pediculos capitis vermes pertinet. [φθειριᾶσις. Gall. *Appartenant à pouz.* Ital. *Pertinente à pidochio.* Ger. Das zu den lausen gehört. Hisp. *Perteneciente à pioio.* Pol. Wszywy. Vng. *Tetues.* Ang. *Of lice.*] Hinc pediculāris morbus dicitur, quum corpus pediculis scatet. Græci φθειρίασιν appellant. Nam φθεῖρα, pediculum dicunt. De hoc Serenus: Nonnullis corporibus quædam de corpore nostro Progenuit natura, volens abrumpere somnos Sensibus, & monitis vigiles inducere curas. Hoc morbo interiit Sylla Dictator.

Pĕdĭcŭlōsus, sive Pediculosus, Qui capitis vermibus scatet, qui pediculi & nonnunquam pedes appellantur. [φθειριῶν. Gall. *Pouilleux, plein de pouz.* Ital. *Pedocchioso.* Germ. Lausig/voll lauss. Hisp. *Cosa llena de piojos.* Pol. *Pełen wszy.* Vng. *Tetues.* Ang. *Lousie.*] Plautus: Pedicosus, squallidus, ubi me vidit, caput scabit. Apud antiquos, teste Festo, aliquando invenitur pedeculosus, per secundam vocalem in antepenultima. Tuinnius: Rus detrudetur pedecosus, squallidus.

Pĕdĭŏlus, dimin. Parvus pes, Nonius. πόδιον. Afranius: Excepto atq; adeò nolo, nudo pediolo est pus.

Pĕdŭscŭlus, li, dimin. Parvus, pes. [πόδιον. Gall. *Petit pié.* Ital. *Piccial piede.* Ger. Ein kleins Füsslin. Hisp. *Pequeno pie.* Pol. Nożka. Vng. *Kis lab.* Ang. *A litle foote.*] Plin. lib. 11. cap. 28: Si cooriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. ¶ Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum docent, Apprehensi pondusculo lapilli.

Pĕdă. Vestigium humanum præcipuè pedis, inquit Festus. [עקבה hikkebh. ἴχνος. Gall. *Vestige, pas ou trace.* Ital. *Pedata humana.* Ger. Ein fusstritt/fussstapff. Hisp. *La pisada del pie.* Pol. *Slad czyiś stopy.* Vng. *Lab nyom.* Ang. *A pace or steppe.*]

Pĕdālis, ale, om. t. Quod est pedistri. Mētura pedalis. [ποδιαῖος. Gal. *D'vn pié.* Ital. *D'vn piede.* Ger. Ein Schuch/das eines schuchs lang oder breit ist. Hisp. *Cosa de longura de vn pie.* Pol. *Na stopę ierzki.* Vng. *Egi lab nyomni.* An. *Of a foote, or of the measure of a foote.*] Columel.

Columel. lib. 3: Pedale quoquoversus spatium sat erit inter semina relinqui. Idem Scrobiculis pedalibus factis. Cic. 4. Academ. Quid potest esse sole majus, quem Mathematici ampliùs eodemgenti partibus confirmant majorem esse quàm terram? quantulus nobis videtur? mihi quidem quàli pedalis. Cæsar 2. bell. Civil. Pedalibus lignis conjunctis inter se portas integebantur.

Pĕdāle, Scabellum, id quod sub pedibus præstat utilitatem. [שמיכה *semichâ*. Gall. *Scabeau, tabelle, ou petit banc.* Ital. *Banchetta, scabello, deliberio.* Ger. Ein Schemel / oder Stätin / das man vnder die füß legt. Hisp. *Escamochico, banquillo.* Pol. *Podnożek.* Vng. *Szemely, labatar vala.* Ang. *A foote stoole.*] Cornelius Fronto de vocab. differ. Pedale mensura est pedis. Pedule verò quod sub pedibus præstat utilitatem. Pedules fasciæ apud Vlpian. l. 25. D. de aur. & arg. dici videntur eæ, quibus pedes vinciuntur. Cicero in Clodium ostendit apud Nonium: Tùne cùm vincirentur pedes fascia, quum calanticam capiti accommodares.

Pĕdāmĕn, ĭnis, n. t. & Pedamentum, ti, n. s. Fulcimentum, sive adminiculum quod arbusculæ adhibetur: sicut palus quo vitis sustinetur. [משענת *mishbénéth*, χαράκωμα. Gall. *Vn eschalier ou vigne en autre appuy.* Ital. *Pedamēto, sostegno, appoggio.* Ger. Ein Baumstangen / oder ein rebstick. Hisp. *El rodrigon dela vid o otros arbolesy otras cosas.* Vng. *Karo, tamasz.* Ang. *A proppe set to hold vp any thing.*] Plinius lib. 17. cap. 20: Castanea pedamentis omnibus præfertur. Columella lib. 4. cap. 30: Pedaminum, jugorumq;, & viminum prospiciendorum tradenda ratio est. Varro lib. 1. de Re rustica cap. 8: Quibus stat recta vinea, dicũtur pedamenta: quæ transversa junguntur, juga: ab eo quoq; vinctæ jugatæ.

Pĕdānĕus, a, um. Pedalis. [מחצה. Gall. D'vn pié. Ital. D'vn piede. Ger. Schůh. Hisp. *Cosa de longura de pié.* Pol. *Na łopie ſzeroki.* Vng. *Egy labnyi.* Ang. *Of a foote.*] Columella lib. 5: Et ideo in mandis arboribus nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparat. ¶ Hinc Bipedaneus, a, um, Tripedaneus, & hujusmodi. דו חצי. Colum. lib. 1: Bipedanea humus arbonibus quatuor pedum abundè est. Et lib. 4: Tripedaneis relictis spatiis, per quæ semina excoluntur. Et lib. 5: Semipedaneam consitis resolutâ vitibus terram subjicere. ¶ Pedaneus judex. Qui à prætore constituitur, ut minora judicia discernat: ita dictus quòd is magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Gell. tamen lib. 3. cap. 18, negat pedaneum in hac significatione Latinum esse, Senatoresq; pedaneos hosce dicendos contendit, non pedaneos.

Pĕdārii, Senatores dicti sunt qui in Senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobabant, moventes se loco, & in partem ejus cujus sententiam approbabãt, ambulantes: Propter quod qui ita faciebant, ire in sententiam pedibus dicebantur. Et ab hoc instituto transeundi pedibus, pedarii sunt appellati. Cicero ad Attic. lib. 1: Est illud senatusconsultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrũm autoritate factum. Ibidem: Et raptim in eam sententiã pedarii cucurrerunt. Sententia eorum, pedaria appellatur. Gellius pedarios existimat dictos fuisse Senatores, quòd qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus in curiam proficiscebantur. Nam qui curulem magistratum gessissent, curru vehi solebant. Vide Gellium hac de re diffusè tractantem lib. 3. cap. 18.

Pĕdātim, adver. à verbo pedo, as. [עמוד עמוד *amôd amôd*. Gall. *Pas à pas.* Ital. *A passo, à passo.* Ger. Fuß auff fuß. Hisp. *Passo à passo, de dos en dos.* Pol. *Powoli.* Vng. *Laban.* Ang. *Steppe and steppe.*] Plin. lib. 11. cap. 45: Leo tantùm & camelus pedatim gradiuntur. hoc est, ut similiter pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

Pĕdātum, pedati, apud antiquos legitur pro repetito accessu: à verbo pedo, as, quo antiqui utebantur. Nonius: Pedato, positum invenitur pro repetitu, vel accessu, quasi per pedem: sicut tumc vulgò dicitur, Tertio pedato. Cato Orig. lib. 1: Igitur tum pedato bellum nobis fecêre: hoc est, tertio reversi, ut interpretatur Perottus. Cato Senex: In his duobus bellis alteras hyemis agriq; parte multati, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato & secundo. Sospater lib. 11. Instit. Gram. Item Cato in dissuasione fœnotis. Tertio autem pedato, item ut priore discordia excrescebat: hoc est, tertia vice.

Pĕdĕtentim, Tardè, paulatim, quasi lenta & tarda itione. [דן *al hâlaḳ*. Nonius.

Pĕdĕs, peditis, Qui pedibus incedit: [רגלי *raghli*. πεζός. Gall. *Pieton, qui va à pié.* Ital. *Pedone.* Ger. Ein Fußgenger / Fußknecht. Bel. Ein Bueckecht. Hisp. *El peon hombre de pie.* Pol. *Pieszy.* Vn. *Gialog.* An. *A foote man.*] situr eques, qui equo vehitur. Vnde milites qui pedibus stipendia faciunt, pedites appellamus. Cæsar 8. belli Gall. Equitatum omnem, Germanosq; pedites, summa velocitate omnes, ad castra hostium præmittit. Virgil. 6. Aeneid. seu quum pedes iret in hostẽ. Idem 10. Aeneid. Quũ pedes incedit, &c. Curtius: Pedes agmen circumibat.

Pĕdĭtus, (Vn. *Labor.*) Suetonius in Othone: Fuisse etiam traditur & modicæ staturæ & malè pedatus, pedibus male fultus.

Pĕdĭtātŭs, tus, m. q. Peditum copiæ: sicut equitatus, equitũ copiæ [רגלי *raghli*. πεζότης, τὸ πεζόν. Gall. *Bande, ou armée de gens à pié.* Ital. *Essercito a piedi.* Ger. Ein Fußvolck / ein hauffen Kriegsleuten zu fuß. Hisp. *El pennaje de hombres de pie.* Pol. *Pieszy zołnierz.* Vng. *Gialog sereg.* Ang. *A bande of footemen.*] Cic. 5. Philip. Tu civem sceleratum & peditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues?

Pĕdĕstĕr, Qui pedibus iter facit. [רגלי *raghli*. πεζός. Gall. *Pieton.* Ital. *Pedone.* Ger. Ein Fußgenger / der zu fuß gehet. Hisp. *El peon.* Pol. *Pieszo chodzący.* Vng. *Gialog.* Ang. *A foote man.*] Martial. lib. 1: Abnuit in liquidis ire pedester aquis. Apul. Qui modò in exercitum profectus est pedester. ¶ Dicitur etiam hic & hæc pedestris, & hoc pedestre. πεζός: ut pedestris exercitus, qui peditibus tantùm constat, non etiam equitibus. Pedestres copiæ, Pedestria agmina. πεζαὶ δυνάμεις. Cic. 2. de Finibus: Vt si Xerxes cum tantis classibus, tantisq; equestribus & pedestribus copiis Hellesponto juncto, Athoq; perfosso, maria ambulavisset, terramq; navigasset, &c. ¶ Pedestris oratio prosa, & oratio soluta: ita dicta ab humilitate & simplicitate apparatus, quod ad gravitatem, & majestatem carminis non assurgat. πεζὸς λόγος. Quintil. lib. 10. cap. 1. de Platone: Multùm supra prosam orationẽ, & quam *pedestrem* vocant Græci, exurgit. Horat. ad Mecœnatem lib. 2. Carm. tuq; pedestribus Dices historiis prælia Cæsaris. ¶ Pedestre iter, idem quod terrestre. Vlpian. lib. 1. D. de fluminibus. Cicero item ad Attic. Si pedestre iter impediatur, non ideo minus iter navigio detentius fit. ¶ Pedestria auguria dicebantur quæ à lupo, vulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus sumebantur, πεζοὶ οἰωνοί.

Pĕdĕtentim, adverbium compositum à pede, & tento, tas. Idem quod sensim, vel paulatim. [דן *at ḳṭn ṭṭ at, ḥâṭ ḥn*. Gall. *Peu à peu, tout bellement, par à pas.* Ital. *Pian piano, poco à poco.* Ger. Fuß für fuß / gemächlich / hubschlich. Hisp. *Pie ante pie, poco à poco.* Pol. *Lekko, noga naczas.* Vng. *Lassan lassan.* Ang. *Steppe by steppe, litle and litle.*] Cic. lib. 1. Offic. Sin minus, sensim erit, pedetentimq; faciendum. Tere. in Phor. Dii bene vertant quod agas, pedetentim tamen, quod Donatus exponit pro cautè.

Pĕdĭca, penult. corr. f. p. à pede, Laqueus quo pedes illigantur. [מוקש *mokêsh, vide*. Gall. *Piege, lacs à prendre les bestes par le pié.* Ital. *Laccio, vuoglia.* Ger. Ein harren / fußstrick. Hisp. *La polvoela, ò lazo.* Pol. *Sidło.* Vng. *Kaloda, beko.* Ang. *A snare to catch the feet, a fetter or shackle, a gyue.*] Virgil. lib. 1. Georg. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis. Livius lib. 21: Velut pedica captâ hærerent.

Pĕdĭcŏr, ārĭs. Prisca dictio est, cujus hodie significatio ignoratur. Legitur apud Catonem de Re rust. cap. 18: Verba ejus sunt hæc: Ibi foramen pedicinis duobus facito, bique; arbores pedicino in lapide statuito. Sunt qui putent diminutivum esse à nomine pes: sed huic loco hoc non satis videtur congruere.

Pĕdĭcŭlārĭs, Pedicosus, Pediculus, Pediolus, vide suprà post vocem Pedes.

Pĕdĭsĕquŭs, unico s, m. s. Qui dominũ sequitur: & pedisequa, quæ dominam sequitur. [ἀκόλουθος. Gall. *Vn valet qui va apres son maistre.* Ital. *Che seguita il patrone.* Ger. Ein Diener so seinem Herren auff dem fuß nachtrenet. Hisp. *El que acompanna el su ſennor.* Pol. *Sługa pieszy za panem chodzący.* Vng. *Vr vtan iaro jaro.* Ang. *A seruand alway following his maister.*] Plautus in Mil. Pedisequus tibi sum. Cicero ad Attic. lib. 2: Quæ mihi videtur una conciũcula clamore pedisequorũ nostrorum esse peritura. Idem pro Domo sua: Conculcari hũc à pedisequis jussit. Terent. in And. Accedo ad pedisequas, quæ sit rogo. Autor ad Heren. lib. 4: Virtutis pedisequæ sunt divitiæ.

Pĕdĭtātŭs, vide Pedes, peditis, in Pedes, pedum.

Pĕdo, as, Vado, à quo Repedo, quòd est quasi pedem refero, redeo. [הלך *hâlaḳ*, ἀναχωρῶ. Gall. *Aller, cheminer.* Ital. *Andare.* Ger. Gehn. Hisp. *Andar, ir.* Pol. *Ide.* Vn. *Iarok.* Ang. *To go, to walk.*] Lucil. Rediisse, ac repedasse, ut Romam vitet. ¶ Pedare ponitur etiam, pro viti vel alteri arbusculæ sustentaculum adhibere. [χαρακῶν. Gall. *Eschalasser vne vigne.* Ital. *Mettere pali alle viti.* Ger. Die Reben oder etwas andere stützen. Hisp. *Poner rodrigon à la vid.* Pol. *Przywieszonacz latorośly.* Vn. *Meg karoszom, tamogatom.* An. *To prope vp a vine.*] Vnde vineæ pedatæ dicuntur. Plin. lib. 17. cap. 21: Aut pedatæ vineæ simplici jugo. Colum. lib. 4. cap. 12: Putationem sequitur jam pedandæ vineæ cura.

Pĕdātŭs, a, um. Sustentaculo sive pedamento firmatus, ut vinea pedata. [משען *mishbân*. κεχαραγωμένος. Gall. *Soustenu, appuyé.* Ital. *Sostenuto.* Ger. Gestützet. Hisp. *Sostenido.* Pol. *Do tik przywiązany.* Vng. *Meg karoszott.* Ang. *Prop ped, holden vp with a proppe.*] ¶ Quandoq; etiam pedatus dicitur cui sunt pedes: sicut ã manu Manuleatus. χειρωνάξ. Sueton. de Othone: Fuisse traditur & modicæ staturæ & malè pedatus, calvusq; id est, distortis pedibus.

Pĕdātŭs, f. t. Dicitur quum pedamentis vinea fulcitur. [χαραγώσις.

os. Gall. *Soutlenement appuy, eschalassement.* Ital. *Sustentamento, pedamento.* Ger. Stickung/oder der stucket. Hisp. *Obra de sostener la vid, y de poner rodrigon à la vid.* Pol. *Nathuienie.* Vng. *Karoczat.* Ang. *A propping of vines.*] Colum. lib. 4. cap. 12. Idq; jugum intra quartum pedem conveniet allevari, dum se vinea corroboret in pedationem.

Pĕdum, di, n. s. Pastorale baculum, seu virga incurva qua pecudum pedes detinentur. [מקל *mattsch*, ποιμενικὸν ῥόπαλον. Gall. *Vne houlette.* Ital. *Bastone da pastori.* Ger. Ein Hirtenstäbl. Hisp. *El gancho ò cayado de pastor.* Pol. *Slopsia pasterska.* Vng. *Baraza fügö.* Ang. *A sheephooke or crooke.*] Virgil. 5. Aeglog. At tu sume pedum, quod me quum sæpè rogaret, Non tulit Antigenes.

Pedo, dis, pepedi, n. t. Crepitum ventris emitto. [πέρδω, βδέω. Gall. *Peter, faire vn pet.* Ital. *Petereggiare.* Ger. Furtzen/ein furtz oder schuß lassen. Hisp. *Peer.* Pol. *Pierdzieć bzdzić.* Vng. *Fingyom.* Ang. *To fart.*] Horat. 1. Serm. Satyr. 9: Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi. Martialis: Nil aliud video quo te credamus amicum, Quàm quòd me coram pedere Crispe soles. Hinc peditus, crepitus ventris apud Sosipat. libro 2. Grammat. ☞ Hujus composita sunt, Impedo, & Oppedo: de quibus suis locis.

Pedo, pedas, Pedum, Pedusculus, vide Pes.

Pedulus, Vlpian. in tit. de Aur. & argent. leg. l. argumento, fascias curiales appellat.

Pegănŏn, πήγανον, Herba est Dioscor. lib. 3. quam Latini rutam appellant.

Pĕgma, matis, pen. cor. n. t. πῆγμα ἀπὸ τοῦ πήγνυμι: Hoc est, à pangendo, sive componendo. Machina quædam est lignea in qua thesaurus collocantur, & quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum πήγματα cum ludicris producebantur in scenam, cum pueris etiam cõludentibus, ex linguis & tabulis quæ cõflabant vario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca ad Lucilium his verbis describit: His (*inquit*) annuniceres licet machinatores qui pegmata ex se surgentia excogitant, & tabulata tacita in sublime crescẽtia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quæ cohærebant: aut quæ distabant, sua sponte cohærentibus: aut iis quæ eminebant, paulatim in se residentibus. Ioseph. lib. 7. de Bello Iudaico: Maximè aũt erat stupor machinarum quæ portabantur, sive pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantiũ occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum quartumq; surgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulacrum belli repræsentatum fuisse significat, ut alii capere viderentur, & per singula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui aũt in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmates vocantur. Traduni Claudium objecisse aliquando bestiis, qui pegmata in scenam parum feliciter produxissent. Plin. li. 33. cap. 3: Princeps Cæsar in circo pegma duxit, in quo centũ & viginti quatuor argenti pondo fuere. Festus scribit, pegmata esse ex ære, aut marmore aut machinata, quæ ut plurimum in artis, quandoq; in porticibus auleis, aliisq; adhibebantur, majorum, aliorumq; fortium virorũ gesta certius quàm pictura ostendentia. Martial. lib. 12: Et crescunt media pegmata celsa via.

Pegrina vitis nigra apud Dioscor. lib. 4. cap. 195.

Pejero, ras, pen. cor. n. p. Falso & animo fallendi juro, juramẽtum nõ servo. [משבע שוא *nisch bah lescháv* אלה *alah vesheqer.* Gall. *Se parjurer.* Ital. *Giurare il falso.* Ger. Ein falschen Eydt schweren. Bel. Einen valschen Eydt sweren. Hisp. *Jurar falsamente.* Pol. *Fałszywie przysięgám.* Vng. *Hamissan eskünyem.* Ang. *To forsweare himself by a false othe.*] Cic. 3. Offic. Non enim falsum jurare, pejerare est: sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurii est. Idẽ pro Rosc. Comœ. Qui mentiri solet, pejerare consuevit. Martial. lib. 7: Nec erubescis pejerare de turdo, Et ostreorum rapere lividos cirros. Iuris pejerati pœna. Horat. 2. Carm. Ode 8. Plaut. in Asin. Nam si quid fecit scelestè, pro illo lingua pejerat. Lactant. libro 1: Ergo aliqua potestas est quæ pejerantes deos puniat.

Peiŏr, pejoris, & pejorare, vide Malus.

Pĕlăgus, pen. corr. tàm masculini quàm neutri generis, propriè profundum maris significat. [ים *yam* πέλαγος. Gall. *La mer creuse, la haute mer.* Ital. *Mare.* Ger. Die tieffe des Meers. Hisp. *Mar.* Pol. *Głębokość morska.* Vng. *A tengernek mellysege.* Ang. *The sea or bottome of the sea.*] Etymologici pelagus dictum volunt, quasi πόλαγος, quòd sit πόλος τῆς γῆς id est, procul à terra. Tametsi etiam pro quovis mari accipiatur. Valer. Flac. lib. 1. Argon. O quantum terræ quantum cognoscere cœli Permissum est, pelagum quantos aperimus in usus! Plin. lib. 10. cap. 12: In reliquis partibus est quidem mitius pelagus. Virg. 5. Aeneid. hic pelagi tot tempestatibus actus, &c. ibid. Tecta adeò incerto cœca caligine soles Erramus pelago.

Pĕlăgĭcus, a, um, [πελαγικός. Gall. *De mer.* Ital. *Di mare.* Ger. Des Meers/oder auß dem Meer. Hisp. *Cosa de mar.* Pol. *Morski.* Vng. *Tengeri.* Ang. *Of the sea.*] Quod in mari vivit, sive etiam quod est ex mari. Colum. lib. 8. cap. 17: Cæteri saxatiles, aut pelagici satis ex his, sed ex receptibus melius pascuntur.

Pĕlăgĭus, a, um, πελαγῖος. Idem Varr. 3. de Re rust. cap. 3: Sic nostræ ætatis luxuria propagavit leporarias: at piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium revocavit.

Pĕlăgĭum, i. p. πελαγία, Piscis est ex genere conchatum, qui & purpura dicitur, in medius faucibus saccum habens ringendo lanis laudatissimum, qui ab eo pelagium dicitur: sicut à buccino alio conchatum genere, buccinum appellatur. Plin. lib. 9. cap. 37. Purpuræ alio nomine Pelagiæ dicuntur earum genera plura, pabulo & solo discreta. Idem lib. 9. cap. 38: Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodùm allrgatur, nimiæq; ejus nigritiæ dat austeritatem illam, atramentumq; qui quæritur cocci.

Pĕlămys, dis, f. t. Thynnus qui nondum excessit annũ. [πελαμύς, ύδος. Gall. *Pelamide ou thon.* Ital. *Palamita pesce tonno.* Ger. Ein jungst vnerwachßner Meerfisch von der art des *Thonni.* Hisp. *Especie de atun.* Ang. *A tunnie fish.*] Nam pelamides primo, post annum thynni vocantur. Dictam autem volunt pelamidem, παρὰ τὸ εἰς τὸν πηλὸν ῥέρυσθαι, quòd in luto moretur. Plin. lib. 9. cap. 15: Limosæ à luto pelamides incipiunt vocari, & post annũ thynni. Iuven. Satyr. 7: Quod vocis pretium? Siccus petalanciat, & vas Pelamidum. Varia pelamidum genera enumerantur à Plin. lib. 32. cap. ult. ex quibus reliqua omnia magnitudine excedit orcynon.

Pelani, Panes communes, qui diis omnibus sacrificabantur: fiebant illi ex tenuissima farina.

Pĕlărgus, m. s. [חסידה *chasidáh* πελαργός Græcè, Latinè ciconia dicitur. Gall. *Cicogne.* Ital. *Cicogna.* Ger. Ein storck. Hisp. *Cigueña.* Pol. *Bocian.* Vng. *Eyrag galia.* Ang. *A stork.*] Inde Pelargici nomi ab Aristophane dicti, quasi ciconiæ leges quibus liberi parentes alere jubentur: id quod in jure quoq; cautum est. Ideo in sceptris regiis antiqui ciconiam sculpere solebant in summo: in infimo autem hippopotamum animal impiissimum, significare volentes justitiæ obnoxiam esse violentiam: cujus justitiæ symbolum est ciconia, quæ parentes senio confectos alere, humerisq; gestare in volatu creditur. Vide quæ de hoc annotavimus in dictione ANTIPELARGESIS.

Pĕlăsĭcŏs, πελάσιος. Frutex est lauri foliis rotundè à Græcis δαφνοειδὴς appellatur. [Ger. Singrün/oder Jngrün.] Quo nomine etiam Latini utuntur. Vide Plin. lib. 15, cap. ult. Herbam *Laureolam* appellant.

Pĕlĕchīnus, πελέκινος. Herba est in segetibus nascens, quæ alio nomine Securidaca appellatur. Plin. lib. 27. cap. 12.

Pĕlĕcanus, m. s. [πελεκάν. Gall. *Pelican.* Ital. & Hisp. *Pellicano.* Ger. Ein Pelican/oder Löffelgans. Pol. *Pellica.* Vng. *Pelikan.* Ang. *A pelican.*] Avis Ægyptia. Nascitur in solitudinibus, maximè Nili fluminis. Duo autem sunt pelicanorum genera, ut docet Hieronymus: unum volatile, aliud aquaticum. Has aves crebris ictibus rostrorũ dicũtur occidere parvulos suos, eosdemq; in nido occisos à se, lugere per triduum. Postremò matrem ipsam graviter vulnerare ajunt, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi perfusi revivisc unt. A Græcis tamen ἀνάπαλιν λέγεσθαι dicitur, quòd rostris ictibus arbores petendas. Aelianus lib. 15 pelicanos eosdem facit cum platicis.

Pelomata, Ea ferè, quæ & Hypopta & fugillata apud Paul. Aegin. lib. 3. cap. 24.

Pellax, pellacis, adjectivum, pen. prod. genitivi, om. t. Qui per blanditias aliquem decipit. [מסתה *mesathtáh* ἐπιχειρῶν μεταγειν, πειθανάγκης. Gall. *Affronteur, qui trompe par belles paroles.* Ital. *Lusingatore, ingannatore.* Ger. Betrüglich mit schönen worten. Hisp. *El que mucho attrahe halagando, lisongea.* Pol. *Oszukaniec, zgubne ziele.* Vng. *Hizelködö ember.* Ang. *That allureth and deceiueth by faire words.*] A verbo pellicio, quod est fraudandi causa aliquem allicio. Virgil. 2 Aeneid. invidia postquam pellacis Ulyssi (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

Pellăcĭa, æ, f. p. Fallacia, illecebræ. [מרמה *mirmáh* תחבולות *tachbulot* ἐπιχειρήσεις. Gall. *Tromperie, allechement decevant.* Ital. *Inganno.* Ger. Betrũgung/verführung in betrug/vbertrũng. Hisp. *Halago, engaño.* Pol. *Obłudzenie, oszukanie.* Vng. *Hizelködés fogsággal.* Ang. *A fair speaking to deceive.*] Virgil. lib. 4 Georg. Verùm ubi nulla fugæ reperit pellacia. Lucret. lib 2: Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

Pellex, pellicis, f. t. ut inquit Iureconsultus. Ita vulgò appellatur, quæ cum eo cui uxor sit, corpus miscet. [פלגש *pilegásh*, παλλακή, παλλακίς. Gall. *Celle qui abuse de la partie impudique d'vn marié.* Ital. *Adultera.* Ger. Ein Kebsweib/die bey einem Ehemañ ynehrlich sitzet/eines Ehemañs hur. Hisp. *La ramblica de la muger agena.* Pol. *Kurwa, nałożnica, ziegarica.* Vng. *Szaszirna kurua.* Ang. *A wedded mannes harlot.*] Inde apud Oratores & Poëtas, pellex nõ tàm viri, quàm uxoris nuncupatur. Cic. in Orat. pro Cluent.

Vxor

Vxor generi, noverca filii filię pellex. Declam. in Cic. Filia matris pellex, tibi jucūdior atq; obsequentior quàm parenti parell. Ovid. Epist. 9: Nomine depositio pellicis, uxor erit. Concubina verò est, quæ cum cælibe viro sine nuptiis locum tenet uxoris, quam Græco vocabulo παλλακὴν, pallacā appellamus. Suetonius de Vesp. Inde quieti vacabat, accubāte aliqua pallacarū, quas in locum defunctæ Cænidis plurimas constituerat. Iustinus quoq; Cyri pallacem nominat, licet vitio librariorum pellicem scriptum reperiatur. Dicitur quoq; pellex de masculis, cum quibus mariti relictis conjugibus concūbunt. Cic. in Sallust. Omnium cubiculorum pellex, & idem postea adulter. Sueton. in Cæs. Prætereo actiones Dolabellæ, in quibus eum Dolabella pellicem reginæ dicit. ¶ Pellex Latinum nomen est à pellicio, quod est blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab uxore seducit.

Pellĭcātŭs, tus, m. q. Actus quem pellex exercet: sicut concubinatus quem concubina. [παλλακεία. Gall. *Sollicitation du mariage d'autruy.* Ital. *Il tener donna à sua posta, che si dice proprio di marito.* Ger. Das Hurn vnd Buben wesen eines Ehemanns mit einem Kebsweib. Hisp. *Maldad de cumbleca de muger casada.* Pol. *Korzystanie.* Vng. *Szaszmasag, kornalkodas.* Ang. *Alluring or ill lyf of companying a wedded man lineth with a strumpet, adulterie.*] Cicer. 2. Offic. Ab ea enim est ipse propter pellicatus suspicionem interfectus.

Pellĭcĕo, ces, pellicui, quanquam ratissimè legitur: invenitur tamen apud Columellam in Præfatione lib. 8, pro blandiris imperare, nisi locus corruptus est. [Ger. Einen mit glatten worten bereden, vberreden, betören. Pol. *Łagodnie namawiam.* Vn. *El tsalogatom el birkĭzlom el gbyvbetĕm.*] Nunc verò (*inquit*) quum plerumq; sic luxu & inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur: sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, perversaq; cupidine pretiosiores alias à vitris pelliceant, quæ grandi pecunia, & totis penè censibus redimuntur, nihil mirum est easdem rutis & instrumentorum agrestium eas gravari.

Pellĭcĭo, is, pellexi, pellectū, act. t. Blanditiis in fraudē induco, allicio, illicio. [מתה *pittāh.* ἀπατάω, ἐξαπατάω, ἀγοπάζω, ἀναπείθω. Gall. *Induire & attraire par belles parolles, amadouër.* Ital. *Ingannare lusingando.* Ger. Anreitzen, locken. Bel. Aenlocken. Hisp. *Atraher à bolver, enganar halagūdo.* Pol. *Do vpatku przywodzę, zwodzę.* Vn. *Edĕsseszĭl el birkĭzlom el tsalogatom el gbyvbetĕm.* Ang. *To intysand allure by faire wordes.*] Terent. in Phorm. Is senem per epistolam pellexit. Cicer. 1. de Orator. Majorem partem sententiarum sale tuo, & lepōre, & politissimis facetiis pellexisti. Componitur q; ex per, & lacio, mutatis l in r, & a in e. Festus: Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis verò fraus est. A' lax, lacio fit unde & Lacio, as: & composita. Allicio, Elicio, Illicio, & alia. Legitur quoque Perlicio apud Liv. 4. pro eodem: Negotium (*inquit*) datur, ut quos quisq; posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem perlicerent. Pellicio tamē, & pellexi & pellectas magis in usu sunt quàm perlicio, aut perlexi. Perlectus verò in alia significatione nequaquam haberi puto, sed Pellectus tantūm, ne à perlego putaretur.

Pellĭcĭātŏr, ōris, m. t. Qui blanditiis aliquem in fraudem pellicit. [מתעה *mephattēh.* ἀπατεὼν, ἀναπείθων. Gall. *Trompeur sous beau semblant, enamoureur, enjaulleur.* Ital. *Lusinghiero.* Ger. Ein anreitzer, locker, der einen mit süssen worten vberredet. Hisp. *El que atrahe con halagos.* Pol. *Ten ktory łagodnie do vpatku inszych przywodzi, zwodzi.* Vn. *Edĕsszĭl birkĭzlo, tsalogato, gbyvbetŏ.* Ang. *An allurer or intysser by faire wordes.*] Festus.

Pellis, hujus pellis, &c. dicitur quum est à carne separata, quæ cutis antea dicebātur. [עור *hor.* δέρμα, δορά. Gall. *Vne peau, vne peau.* Ital. *Pelle.* Ger. Ein haut oder fäll. Bel. Een vel. Hisp. *La pelleja buena.* Pol. *Skora.* Vng. *Bőr.* Ang. *The skinne, an hide, a pelt.*] Iuvenal. Sat. 10: Dissimilemq; sui deformem pro cute pellem. Cic. 1. de Natur. deor. Quam tu nunquam, nec in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo. Virg. 8. Aeneid. - quem fulva leonis Pellis obit totum. Idē 11. Aeneid. Cur pellis latos humeros erepta juvenco Pugnatori operit. ¶ Quiescere in propria pelle, est contentum esse sua sorte, nec quicquam supra vires affectare. Horat. 1. Serm. Satyr. 2: Vel meritò quoniam in propria non pelle quiessem. ¶ Sub pellibus esse, hoc est, in castris stativis. Cic. 4. Academ. Vinò multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. ¶ Dicta pellis (ut quidam putant) à pellendo, quòd externas injurias tegendo repellat. Hæc postquam concinnata est ad calceos, & cætera opera facienda aluta dicitur. Varro: Pasceolus, saccus est ex aluta factus.

Pellĭcŭla, æ, diminut. Parva pellis. [δερμάτιον. Gall. *Petite peau.* Ital. *Pelluzza.* Ger. Ein heutlin oder fälin. Hisp. *Peleja pequeñuela.* Pol. *Skorka.* Vng. *Bőrke.* Ang. *A thinne skinne or rine.*] Cicer. pro Murzen. Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus stravit pelliculis hordeis lectos Punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi verò Diogenes Cynicus esset mortuus, &c. ¶ Contine-

re se in pellicula, proverbiū est, intra suā sortem se continere. Martialis lib. 3: Lusisti, satis est: sed te mihi crede, momento, Nunc in pellicula cerdo tenere tua. ¶ Curare pelliculam, est corpus suum molliter tractare. Horat. 2 Serm. Satyr. 5: ire domum atq; pelliculam curare jube. ¶ Veterem pelliculam retines: hoc est, pristinos mores. Persius Satyr. 5: Sin tu quum fueris nostræ paulò antè farinæ, Pelliculam veterem retines, & fronte politus Astutam vapido servas sub pectore vulpem. Quæ dedĕram supra repeto, funemq; reduco.

Pellĭcĕus, a, um, Quod est ex pelle, ut Vestis pellicea. [δερμάτινος. Gall. *De peau, fait de peau.* Ital. *Di pelle.* Ger. Von häuten, leder. Hisp. *Cosa de materia de pelleja.* Pol. *Kożuch.* Vng. *Kodmen kosĕk.* Ang. *Of a skinne.*] Hieron. contra Iovin. Dejecti in vallē lacrymarum, tunicis consutis & pelliceis vestirentur. ¶ Dicitur & pellicius eadem significatione. Lampridius in Heliogab. Sella pellicia.

Pellĭcĭus, ta, tum, pen. prod. Quod pelles habet, vel pellibus tectum est. [δερμάτινος ὤν. Gall. *Qui est couvert de peaux, ou fourré de pannes.* Ital. *Pelluzzato.* Ger. Mit heuten oder fälen bedeckt. Hisp. *Vestido de pelleja.* Pol. *Wskore albo wkożuch obleczony.* Vng. *Bőrbe kődmenes.* Ang. *That is covered or furred with skinnes.*] Propertius li. 4: Pellitos habuit rustica chorda patres. Horat. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellitis ovibus Galesi & Flumen, & regnata petam Laconi Rurà Phalanto.

Pellĭcŭlo, as, pen. prod. Pellibus alligatis obturo. [δερμάτινον ποιῶ. Gall. *Couvrir, ou s'iouppper de peaux ou de cuir.* Ital. *Coprire con pelle.* Ger. Mit einem fäl vermachen oder verstoyffen. Hisp. *Cubrir ò tapar con pellejas.* Pol. *Skora kożuchem zatykam.* Vng. *Bőuel meg burizom: meg bőrözőm.* Ang. *To furre or cover with skinnes.*] Columell. lib. 12. cap. 46: Vas operculatum pelliculant. Ibidem cap. 39: In alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

Pellĭo, m. t. Qui vestes pelliceas & alia ex pellibus opera facit. [δερματοπώλης, σκυτεύς. Gall. *Pelletier, peaucier.* Ital. *Pellizzaro, valentaro.* Ger. Ein Kürsner, Bettmacher. Hisp. *Pellejero.* Pol. *Kuśnierz.* Vng. *Szőrős.* Ang. *A skinner or furrier, a peltmunger.*] Plaut. in Menæch. Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est.

Pello, lis, pepuli, pulsum, act. t. percutio, ferio. [הדה *hadhūah* דחף *dachāph.* ὠθέω, κόπτω. Gall. *Pousser, debouter, chasser.* Ital. *Percuotere, scacciare.* Ger. Schlahen, stossen, treyben, hinstossen. Bel. Slaen, cloppen, verdruyven, wtjagen. Hisp. *Herir, empuxar.* Pol. *Wepichamm, wiganiam, wibyam.* Vng. *Wőm, vetőm.* Ang. *To expeller put out.*] Ter. in And. Tùne has pepulisti fores? ¶ Aliquando ponitur pro abigo, extrudo, ἐλαύνω, ὠθέω. Pelle animo timorem: mox aderit gnatus. ¶ Jungitur etiam ablativo cum præpositione à: ut Pelle hunc à foribus, apud Plautum in Amphit. Item cum præpositione de, ut Non potuit pelli de ea sententia: Item cum è vel ex: ut Pellere aliquem è foro vel ex templo. Nonnunquam etiam sine præpositione: ut Pellere patria, civitate, regno, agro, sedibus, &c. Jungitur etiam accusativo cum præpositione in Cicer. 2. de Oratore: In exilium pulsus est. ¶ Ponitur interdum pro exagitare, affligere. Cicero ad Nigidium lib. 4. Epist. Quanquam enim nulla meipsum privatim pepulit insignis injuria. ¶ Hinc fiunt Pulso, pulto, pulsus, & nonnulla alia quæ suis locis explicantur. Item composita Appello, Compello, Depello, Expello, Impello, Propello. ¶ A' supino pulsum fit frequentativū Pulso, as, de quo mox.

Pulsŭs, hujus pulsus. m. q. Impulsio, motus, ictus, verberatio. [מדוה *maddūach* דכי *dechi* מדחפה *madhhephāh.* ὦσις, πεῖσις. Gall. *Poussement, battement, chassement.* Ital. *Percossione.* Ger. Ein trib oder stoß. Hisp. *Empuxon.* Pol. *Wpychanie.* Vng. *Verĕs, meglevegés, erőltetés.* Ang. *Any expelling or putting out.*] Cicer. 1. Tusculan. Inanimū est omne quod pulsu agitatur externo. Idem 1. de Orat. Impetus, pulsusq; remorum. Virgil. 12. Aeneid. - pulsuq; pedum tremit excita tellus. ¶ Pulsus item, [σφυγμὸς. Gall. *Le poulx.* Ital. *Polso.* Ger. Das schlahen der pulsadern. Hisp. *Pulso.* Ang. *The pulse, the mauing of the arteries.*] à medicis appellatur motus arteriarum ex spiritus reciprocatione, & exystole, diastoleq; cordis proficiscens. Plin. lib. 11. cap. 37: Arteriarum pulsus in cacumine maximè membrorū evidens, index ferè morborū, in modulos certos legesq; metricas per ætates stabilis aut citatus, aut tardus. Idem libro 7. capite 51, venarum percussum appellat, κατατενοῦς, venas sumens pro arteriis. Venarum (*inquit*) inæquali, aut formicante percussu.

Pulso, sas, act. p. frequentativum, à pello, percutio, verbero. [הכה *hichchah* התקף *hithdakkĕph* תשש *taphăs.* κόπτω, κρούω, ἀναίσσω, σφάττω. Gall. *Pousser, heurter, frapper.* Ital. *Battere, percuotere.* Ger. Hefftig schlahen oder stossen, treyben. Hisp. *Herir.* Pol. *Tego bye, tł'uke, kol'aye.* Vng. *Ződ bzeidm, verbzeidm, zbrgeidm.* Ang. *To thumpe, to strike, to knocke.*] Cicer. 6. Verr. Sex lictores circumsistunt, valentissimi ad pulsandos verberandosq; homines exercitatissimi. Terent. in Adelph. Sed quis hoc ostium pulsavit?

pulsavit? Virgil. 4. Aeneid. cui nubibus atris Piniferum caput & vento pulsatur & imbri. ¶ Transfertur & ad animum. Plautus in Epid. Id egò experior, cui in unum multa confluunt quæ meum pectus pulsant. ¶ Interdum pulsare ponitur pro violare, lædere. Virgil. lib. 12. Aeneid. Pulsatos referens infecto fœdere divos. ¶ Pulsari item dicuntur fides vel instrumenta musica, quum chordæ digitis, vel plectro attrectantur, ut sonum edant, κρούεσθαι. Virgil. 6. Aeneid. Iamq; eadem digitis, jam pectine pulsat eburno. Campana quoque pulsari dicitur, quum aut rostris, aut pedibus impulsa, aut malleo icta sonitum reddit. Pulsari ponitur aliquando pro convenire, & in judicium vocari. Cicero Verr. 5: Pro decuma quum pulsatus à Venerio esset, dedit H. S. sedecim millia. Vlpian. l. 11. §. 10. D. de interrog. in jur. fac. Qui interrogatus respondet: sic tenetur quasi ex contractu obligatus, pro quo pulsabitur. Horom.

Pulsans, tis, part. [תשש tophés נקף nogbéa.] Iuven. Sat. 9: & cum lusore catello Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. exultantiaq; haurit Corda pavor pulsans.

Pulsātus, a, um, aliud part. Verberatus. [מכה muchchéh. κρουόμενος, ἐκκρουόμενος. Gall. Frappé. Ital. Percosso. Ger. Hefftig geschlagen: geschlagen getriben. Hisp. Herido. Pol. Zle uczyni, zbity. Vn. Mog witegerbt, verettenbt, Zbrgetteebt. Ang. Stricken, knocked, beaten.] Plinius lib. 12. cap. 9: Pulsatæ fluctibus arbores. Aequor pulsatum remige. Ovid. 3. de Ponto. Saxa pulsata. Virg. 3. Aeneid.

Pulsandus, a, um, κινητέον, βλητέον, ut Area pulsanda equis, Ovid. 3. Amor. Eleg. 14.

Pulsātio, onis, f. t. pulsandi actus. [κρουσμός. Gall. Frappement, heurtement. Ital. Percuotere, percossa. Ger. Das schlahen / stossung. Hisp. Herimiento, herida. Pol. Ti uczenie, kol acanie. Vng. Zörgetes wiegetes, veres. Ang. A thumping or knocking.] Liv. lib. 31: Ea majore cum sonitu quàm vulnere ullo, pulsatio scutorum paruper succedentes Romanos tenuit. ¶ Cæterùm inter pulsationem & verberationem hoc interesse Ofilius docet: verberare est cum dolore cædere: pulsare sine dolore.

Pulsātor, oris, m. t. [תשש tophés נקף nogbéa. κρουστής. Gall. Frappeur. Ital. Chi percuotere. Ger. Ein schlaber. Hisp. Heridor. Pol. Bijacz, brzakacz. Vng. Zorgetö, vtögetö verö. Ang. A thumper or knocker.] Valer. Flac. 5. Argon. citharæ pulsator Apollo. ¶ Hujus composita sunt Compulsor, Expulsor: quorum significata suis locis traduntur.

Pulsātrices venæ, à quibusdam appellatæ spiritus semitæ: quas medici Græco vocabulo Arterias vocant: ἀρτηρίας. Agitantur enim illæ perpetuo quodam pulsu ex systole & diastole cordis proficiscente.

Pulto, as, n. p. pulso, firq; à supino pultũ, quo antiqui utebãtur. [הכה hichchah התקן hithdakképh תשש tephá. κρούειν, κόπτειν, πατάσσειν. Gal. Frapper, frapper, heurtẽr. Ital. Percuotere, picchiare, sbattere. Ger. Hefftig oder vil tieffen. Hisp. Herir. Pol. Vderzenie, stukkol'acie. Vng. Zorgetök, vtökvtögetök. Ang. To beate or knock at.] Plaut. Pultando confregi foces. Terent. Cessò jam pultare ostium?

Pellos, sive pellus, i. πέλλος. Avis est ex genere ardeolarum, ita dicta, ut putant, ab adverbio πέλας, quod est propè, quòd minùs altè volet quàm cæteræ ardeolarum species. Plin. lib. 10. cap. 60.

Pellucĕo, ces, antepen. prod. luxi, n. f. Translucco, quasi perluceo. [הושיע hoshiah. λαμπάδιον. Gall. Reluire, estre clair en sorte qu'on voye à travers. Ital. Trasparire, risplendere. Ger. Durchscheinen / durchsichtig seyn. Hisp. Transluzir. Pol. Przezroczystość, świecić. Vng. Világoskodom, tsillámlom. Ang. To shyne and give light through.] Iuvenal Satyr. 2: Acer & indomitus, libertatisq; magister, Cretice pelluces. Plaut. in Aulul. Quin extà inspicere in sole etiam vivo licet. Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Idem Rudente: Nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius. ¶ Oratio pellucens: id est, clara & aperta. Cicer. de Clar. Orat. Ita recondituas exquisitasq; sententias mollis & pellucens vestiebat orato.

Pellŭo, idem quod perluo, de quo infrà, περιπλύνω.

Pellūcĭdus, vide Perlucidus.

Pellŭvium, vii, n. f. & Palluvia, æ. f. p. Vas in quo lavantur pedes: sicut Malluvium & Malluvia, vas in quo lavantur manus. [ποδονιπτήρ. Gall. Vn bassin à laver les pies. Ital. Vaso dove si lavano i piedi. Ger. Ein Fusbecken in welchem man die füss wäschet. Hisp. El bacon para lavar los pies. Pol. Nadobie wktorym myią rynnacie. Vng. Lab mosó edeny. Ang. A bassin to wash ones feete in.] Dictum pelluvium à pelluendo. ¶ Hoc idem polubrũ dicitur. Labrum autem commune est, quemadmodum & pelvis.

Pĕlŏris, dis, pen. prod. f. t. [πίνναξ. Ger. Ein gattung der Meermuscheln.] Genus conchæ. Horat. 2. Serm. Sat 4: Muricæ Bajano melior Lucrina peloris. Plin. lib. 31. cap. 11. videtur inter cancrorum genera annumerare.

Pelti, æ, f. p. [סוחרין sohereth. πέλτη. Gall. Vne targe en pauois en fason de croissant. Ital. Targhetta, brocchiero. Ger. Ein kleines halbrun-

det schild. Hisp. Adarga ò escudo redondo. Pol. Tarcza. Vng. Páiz, tatar pais. An. A bukler or targe like an half moone.] Scuti cinguũ, lunæ semiplenæ imaginẽ referẽs quo genere Amazones præcipuè in præliis uti solent. Virgil. 1. Aeneid. Durate Amazonidum lunatis agmina peltis. Scuta Amazonica vocat Nonius. Plin. lib. 12. cap. 5: Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.

Pĕltātus, a, um, adjectiv. Pelta armatus. [ὁ πέλτην ἔχων ἢ πεπλασμένος. Gall. Armé de targe ou pauois. Ital. Armato di targa ò brocchiero. Ger. Der ein solchen kleinen vnd halbrunden schild fürn jm Streit. Hisp. Armado de adarga, ò escudo redondo. Pol. Vzbroion tarczą ią lekko ma. Vng. Pelkus paiást tutar paiást. Ang. Armed with a bukler or targe.] Livius lib. 28: Menippum item quendam ex regiis ducibus, cum mille peltatis (pelta cetræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Hi etiam Græco nomine appellantur peltastæ, πελτασταί. Liv. lib. 31: Nocte cetratos, quos peltatos vocãt, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

Pĕlvis, f. t. Vasis genus pedibus abluendis præcipuè destinatum, pelluvium. [אגרף migrak. λουτήρ, νιπτῆρ. Gall. Vn bassin à laver, vn lauoir. Ital. Conca. Ger. Ein becken sonderlich auff dem man die füss wäscht. Hisp. Bacin para lauar los pies. Pol. Miednica dla vmiwania nog. Vng. Lab mosó edeny, medence. Ang. A lauer or bassin to wash in.] Varro 4. de Ling. Lat. Pelvis, impositi, quasi pedilavis, à pedum lavatione. Alii pelvim à pelluendo dictum tradunt, putantq; sinum esse aquarium in quo variæ res pelluuntur. Iuven. Sat. 3: Vt sint contentæ patulas effundere pelves. Cato cap. 10. Pelvis una. Vide Baysium.

Peminōsus, a, um, vel potiùs Pœminosus per æ diphthongum in prima syllaba, Quod mali est odoris: ita dictum à pœdore. [δυσώδης. Gall. Crasseux, ord & sale, qui sent mal. Ital. Di cattiuo odore. Germ. Stinckend. Hisp. Cosa de mal olor. Pol. Smrodliwi, śmierdzący. Vng. Zagyi bodbi nehez szagu. Ang. That hath an ill sauour and stinketh.] Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31: Hanc esse modicam oportet pro magnitudine segetis, potissimum rotundam, & ad medium paulùm extumidam (ut si placuit) non consistat aqua, sed ut quàm brevissimo tempore extra aream defluere possit, omne porro brevissimum in rotũdo è medio ad extremum) solida terra pavitam, maximè si est argillosa, ne situ peminosa in rimis ejus grana obliteścant. Sic enim legit Festus. In castigationibus tamen Varronis exemplaribus legitur, Ne æstu rimosa.

Penarius. Vide PENVS.

Penatores. Vide PENVS.

Pendĕo, des, pependi, pensum, n. f. In sublimi sum, suspensus sum. [תלה talah. κρεμάννυμαι, κρέμαμαι. Gall. Estre pendant, pendre. Ital. Pendere. Ger. & Bel. Hangen. Hisp. Estar colgado ò suspenso. Pol. Zawisnąć. Vng. Függök. Ang. To be hanged or to hang or be hanging.] Tractum à pennis avium. ¶ Absolutè est ille Terentius in Eunucho: Tu jam pendebis, qui flutium adolescentulum nobilitas flagitiis. ¶ Aliquando ablativo jungitur cum præpositione à, vel ab: ut Sagittæ pendebant ab humero. Cic. 6. Verr. Aliquando cum præpositione de, ut Pendere de rupe, Virgil. 1. Aeglog. Item cum præpositione ex, ut Pendere ex arbore, Cic. 5. Verr. Nonnunquam etiam sine præpositione. Virgil. 4. Aeglog. Incultis q; rubens pendebit sentibus uva. ¶ Aliquando jungitur accusativo cum præpositione per. Plaut. in Asin. Nudus vinctus centũ pondo ex, per pedes quando pendes. ¶ Per translationem Pendeo ponitur pro dependeo. Incumbo. ἐξαρτῶμαι, ἐξήρτημαι. Ovid. 3. de Ponto: Pendet & à vestra nostra salute salus. ¶ Pendère ex nutu alterius dicitur qui per omnia alterius addictus est volũtati. Liv. 5. bel. Maced. Ea autem in libertate posita est, quæ suis stat viribus, non quæ ex alieno pendet arbitrio. ¶ Pendére ex fortuna dicitur quod omnes fortunæ flatus circũagitur. Cic. in Paradoxis: Cuiquam omnis, & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil esse potest certi, nihil quod exploratum habeat permansurum vel unum diem. ¶ Quandoq; ponitur pro cruciari, & in pœna esse, sive dubium esse, aut animo suspensum esse: hoc est, dubitare, hęsitare. ἀπορεῖσθαι, & sic construitur cum genitivo vel ablativo, & interdum ponitur absolutè. Cic. 1. Tuscul. Quod si expectando, vel desiderando pendemus animis, cruciamur & angimur. Idem in Hortensio: Et qui expectat, pendet animi. ¶ Pendére etiam dicitur qui nimio desiderio alicujus rei intentus, cessat ab omni alio opere, & id unum solicitus expectat. Ovidius in Epist. Penelopes: Narrantis comes pendet ab ore viri. Virgil. 6. Aeneid. Dum consulta patrũ, nostroq; in limine pendes. ¶ Item pro cessare. κωλύω. Virg. 4. Aeneid. pendent opera interrupta, minæq; Murorum ingentes. ¶ Ponitur aliquãdo pro ponderare, hoc pondus ethcere, ait Budæus. Plin. lib. 21. cap. ult. Cyathus pendet per se drachmas decem. In eadem significatione legitur & Pendo, is, pertextum conjugationem. ¶ Pendere tres dicebantur, quorum nomina in programmate: id est, tabula pendula publicè proposita, aut suspensa erãt. Sueton. in Domitian. cap 9: Reos, qui ante quorum

ceteralem proximum apud ærarium pependissent universos ultimo liberavit. ¶ Hujus composita sunt, Appendeo, Dependeo, Impendeo, Propendeo, & Suspendeo: quorum significata vide suis locis.

Pendens, participium, & aliquando nomē ex participio. [תלוי *talôi* κρεμάμενος, κρεμαστός. Gall. *Pendant, qui pend.* Ital. *Pendente.* Ger. Hangend. Hisp. *Suspenso, qui pende.* Pol. Wiszący. Vng. Függő. Ang. *He that hangeth.*] Pendētes alas dixit Plin. li. 10. cap. 18. & Pendēs vinū. Cato cap. 147: hoc est, vinū quod adhuc in ipsa vite pendet, & nondum ex uvis expressum est. *Pendens in verbera.* Virg. 10. Æneid. ucagus, ut pronus pendens in verbera telo, Admonuit bijugos.

Pendŭlus, la, lum, Quod pendet. [תלוי *talôi* κρεμάμενος, κρεμαστός. Gall. *Pendant, pendoient, qui pend.* Ital. *Pendente.* Ger. Hangende. Hispan. *Colgado enel ayre, suspenso.* Polon. Zawieszony. Vn. Függő *függő.* Ang. *That hangeth.*] Ovid. Epist. 1: Lassaret viduas pendula tela manus. Columel. lib. 2. cap. 21: Tum deinde macriora & pendula loca, mense Februario Luna crescente, fimo juvanda sunt.

Pensĭlis, pensile, pen. corr. om. t. Quod suspensum & sublime est. [תלוי *talôi* κρεμάμενος. Gall. *Pendu en l'air.* Ital. *Sospeso & pendente.* Germ. Das hanget oder gehendt ist. Hispan. *Cosa colgada.* Pol. Zawieszitu. Vng. *Ahol függeszteb.* Ang. *That is highe and hangeth in the ayr.*] ut Pensilis hortus, qui in summa ædium cōtignatione, vel in solario, vel in aere sublimis constitus sit. Plin. lib. 19. cap. 3: Pensiles eorum hortos promoventibus in soles suos olcombus, &c. Sic Pensilis uva. Horat. 2. Serm. Satyr. 2: ...tum pensilis uva secundas Ornabat mensas. ¶ Pensilis homo, qui suspensus est. Plaut. in Pseud. Restim volo mihi emere. P. quamobrem? C. qui me faciam pensilem. ¶ Pensilis lectus, pensiles lychni, qui suspensi sunt, & in aëre pendentes. ¶ Pensilis urbs, quæ subter cavata est. Plin. lib. 36. cap. 14: Leguntur & pensiles hortos, imò verò totum oppidum fecisse Aegyptiæ Thebæ exercitus armatos subitò educere solitis regibus, nullo oppidanorū sentiente. Idē: Magnitudo & frequentia cloacarum urbem pensilem fecit. ¶ Pensile horreum, quod nos vocamus *Granarium*, quòd fiat in altiore domus loco. Columel. lib. 1: Sed not in nostris regionibus, quæ redundant aligine, magis illam positionem pensilis horrei probamus.

Pensum, pensi, n. s. Dicitur manipulus lanæ, vel lini, aut cannabis, qui ex colo pendet, & fuso trahitur. [ἔριον. Gall. *Quenoille, filasse.* Ital. *Il pennachio de lino: canapa è lana per mettere in su la rocca.* German. Ein runckeln Werck oder Flachs. Hispan. *La mazorca è tarea del hilado.* Pol. Kądziel. Vng. Rokka gusal. Ang. *The flaxe that hangeth frome the distaffe to be spunne.*] Vnde Trahere pensa, idem est quod nere. Ovid. libro 2. Fastor. Lumen ad exiguam famulæ data pensa trahebant. Iustinus lib. 11: Pensa inter virgines partiuntur. ¶ Pensum per translationem est cujusq; officium, & negotium unicuique datum. [חק *chok.*] Cic. lib. 3. de Orat. Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus, pensumque revocabo. Translatio sumpta est ab ancillis pensa deducendis à matronis capiendis. ¶ Dicimus autem venalē, Absolvere pensum, Conficere pensum, peragere pensum, quòd Gallice dicimus, [*Faire son profaict, son office, & ce qu'on doit entreprendre.* Ital. *Fornire il suo officio, far la sua tasca.* German. Sein verordten Ampt oder Geschäfft verrichten / sein Tagwerck thun. Hispan. *Hazer el su officio.* Polon. *Swoi vrząd odprawuie.* Vngar. *Makabeli reetiztbeli munka.* Ang. *To end a taske.*] Varro de Rerust. cap. 2: Sed quoniam nos nostrum pensum absolvimus, ac limitata est pecuaria quæstio, &c. Plaut. in Persa: Pensum meum quod datum est confeci. Colum. lib. 3. cap. 10: Vnumque ei propositum, peragere sui pensum. ¶ Accurate pensum, est diligenter, accurateque suum officium facere. Plautus in Bacch. Ego pensum meum lepidè accurabo? Exigere pensum ab aliquo, est utrum quis suo sit functus officio, rogare. Cic. 5. Verr. Pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quòd ipsi Leontini publicè non facere mulum adjuverunt. Et in hac significatione pensum dicitur à verbo pendeo per translationem, quòd ex colo lanam vel lana pendeat. ¶ Quandoque pensa dicuntur de ipsis filorum apud Virgil. 9. Aen. de textrice loquentem: Excussi magnos radii, revolutaque pensa.

Pensum, pensi, in alia significatione, Vide PENDO.

Pendo, dis, pependi, pensum, act. t. Ponderō à pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendeant. [שקל *shakál*, ζυγοῦν, πλήθειν. Gal. *Peiser, balancer.* Ital. *Pesare.* Ger. & Belg. Wägen. Hisp. *Pesar en peso.* Polon. Ważyć. Vngar. *Meg merdm.* Ang. *To weye, or poyse.*] Plin. lib. 9. cap. 15: Præcipua magnitudine thynnorum maxima talenta quindecim pependisse. ¶ Per translationem significat considero, æstimo. [חשב *chashab.* ἐνθυμεῖσθαι.] Cicero pro Quintio: Si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa penderetur, profectò nihil est tam sanctum atque firmum in civitate. Idem 6. Verr. Ego quo nomine appellem actionem vobis proponam, vos eam suo nominis pondere

pendistote. Eandem autem rationem constructionis habet, quàm cætera verba, quæ pretii significatiua sunt: ut Magni pendo, Parvi pendo, Nihili pendo, Flocci pendo, & hujusmodi: hoc est, in magna, aut parva æstimatione habeo, ἐλαχιστου, ὀλιγου, πολλου ποιουμαι. Plaut. in Bacch. Rogas? imò unicè unum plurimi pendit. Terent. Heaut. Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes. ¶ Pendere, etiam ponitur pro solvere, ἀποτινω, ἀποδιδωμι, quæ significatio inde ducta est, quòd antequam signatus esset numus, ejusmodi Romani adhuc gravi ære uterentur, non numeratione, quemadmodum hodie, sed pondere fieri solebat solutio. Plin. lib. 33. cap. 3: Popul. Roman. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est: liberalis (unde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur assis. Vnde etiam æris gravis pœna dicta est. Hinc etiam hodie manet usus ut dicamus Pendere pro solvere, Liv. lib. 1. ab Vrbe: Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, viduæ attributæ quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Salust. Semper illis reges, terrarchæ vectigales erant, populi, nationes stipendia pendere. ¶ Hinc etiam Pœnam pendere propriè dicitur qui ob delictum pecuniam solvit: tametsi latiùs postea hic usus emanavit, & Pœnam pendere dicūtur quibus capitalis pœna imponitur. Plinius libro 29. cap. 4: Eadem de causa supplicia annona canes pendunt inter ædem Iuventutis & Summani vivi in furcas sambuci arbore fixi. Virgilius 6. Aeneidos: ...tum pendere pœnas Cecropidæ jussi. ¶ Penditur, impersonale. Plinius libro 12. cap. 14: Iterumque imperii nostri publicanis penditur. ¶ Pensus participium, ponderatus. Ovidius 14. Metamorph. ...& advertens pensas examinat herbas: Id est, ponderatas: neque enim pharmaca nisi ponderentur, rectè componi possunt. ¶ Composita sunt, Appendo, Compendo, unde compendium, Dispendo, Dependo, Expendo, Perpendo, Impendo, Propendo, Rependo, Suspendo: quorum significata vide suis locis.

Pēnso, sas, à pendo frequentativum, Sæpè pondero, æstimo. [חשב *chashab.* ἐνθυμεῖσθαι, ἀριθμεῖσθαι. Gall. *Peiser, penser, estimer.* Ital. *Pesare, pensare, estimare.* Germ. Wol erwägen / achten. Belg. Schatten / achten. Hispan. *Pesar, pensar.* Polon. *Pilnie ważę.* Vng. *Meg merdlyelbm meg bdesuelbm.* Ang. *To weigh or consider.*] Liv. lib. 34: Reliquas civitates monere, ut factis, non ex dictis amicos pensent, intelligantque quibus credendum, & à quibus cavēdum sit. ¶ Significat aliquando compenso, sive compensando rem æquo, pari paribus reddo. [שלם *shillém.*] Valer. Maxim. lib. 1: Deductus, ac missus ad Senatum legatus, ut ex sc. & uno sene complures Pœnorum juvenes pensarentur, in contrarium dato consilio Carthaginem petit. Pensare crimē una laude, apud Plin. lib 9. cap. 25. Pensare lætitiam mœrore: id est, parem facere lætitiam mœrori. Plin. lib. 7. cap 40: Nec lætitia ullo maximo mœrore pensanda. ¶ Valet aliquando idē quod supplere. Plin. lib. 31. cap. 8, de muria loquens: Fotu quoque apud mediterraneos, aquæ marinæ vicē pensat. ¶ Hinc Compenso, Dispenso, Repenso.

Pēnsātŏr, Ponderator, æstimator. [משען *mephallés.* ζυγοστάτης. Gall. *Peiseur.* Ital. *Pesatore.* German. Ein Wäger / oder Wagmeister. Hispan. *Pesador.* Polon. Wāgarz. Vngar. *Merō, lō-feleō.* Ang. *He that weigheth.*] Plinius libro 33. cap. 3: Pensatores, libripendes dicuntur.

Pēnsĭto, tas, act. p. Sæpè vel exactè pondero, examino. [בחן *bachán.* ζυγοῦσθαι. Gall. *Peiser & fort penser, diligemment considerer.* Ital. *Pesare, esaminare.* German. Oft vnd fleissig erwägen. Hisp. *Pesar, estimar, pensar.* Polon. *Vżywanie rozważam.* Vngar. *Tākelleteszsza meg merdm meg bdesuelbm meg vesgalom.* Ang. *To weigh and consider often.*] Plin. lib. 7. cap. 6: Is demum vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gel. lib. 1. cap 4: Aut virtutes pensitabat, aut vitia æstimabat, ut judicium esse factum ad amussim diceres. ¶ Pensitare etiam accipitur pro solvere [שקל *shakál* חשיב *heshbîl.* ἀτελῆ, εἰρηνα, ἀνεφορα.] Cicero pro Lege Manilia: Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent, aut exigunt?

Pēnsĭtātĭo, f. t. Solutio. [שלם *shillém.* ἔκτισις, ἀπολογισμός. Gall. *Recompense.* Ital. *Recompensa.* Germ. Ein abtragung, Ein fleissige erwägung. Hispan. *Recompensacion.* Polon. Rozważanie. Vngar. *Fel tetdas, meg bdesuelés meg merés.* Ang. *A paying or recompense.*] Plinius lib. 19. cap. 6: Et tunc properare præteriti temporis pensitatione.

Pēnsĭtātŏr, m. t. Ponderator, examinator, pensiculator. [משען *mephallés.* ζυγοστάτης, ἐξεταστής. Gall. *Peiseur, estimeur.* Ital. *Pesatore, estimatore.* Ger. Ein fleissiger erwäger. Hisp. *Pesador, estimador.* Pol. Rozważaiący, polmi. Vng. *Abbsuelb, meréb vesgalo.* Ang. *A weigher.*] Gel. lib. 17. cap. 1: Verborum pensitatores subtilissimi.

Pēnsĭcŭlātĭo, pensiculas, Pensito. [בחן *bachán.* ζυγοῦσθαι. Gall. *Peiser diligemment.* Ital. *Pesare diligentemente.* Germ. Fleissig erwägen / wol bedencken. Hisp. *Pesar con mucha diligencia.* Pol. Dobrze rozmyślam, rozważam.

רעותנם. Vngar. Tékéllettessen meg vissalam meg merdm. Ang. To weigh with diligence.] Gell. Pensicula utrunque moderatè, reperies suo quodque in loco sonare aptissimè.

Pēnsĭcillātŏr, oris, m.t. Qui dicta, factáve, quadam quasi trutina examinat. [סמת mephallis. ἐξεταστὴς.]

Pēnsĭculātĕ, adverb. Cum pondere, justo que examine. ἀκριβῶς. Gellius libro 1. cap. 3: Quæ à Theophrasto pensiculatè atque enucleatè scripta sunt.

Pēnsĭtātŭs, participium, Ponderatus, sive examinatus: [מתכן mithpháin. σταθμηθείς, ἐξεταστάθεις. Gal. Pesé, examiné. Ital. Pesato, essaminato. Ger. Wolbedacht/stattig erwägen. Hisp. Pesado, examinado. Pol. Rozmyślony, rozmyślenie. Vng. Meg mereteztett meg vissgaltatot. Ang. Weyshed, examined or considered.] ut Res pensitata. Plin. Epist 8: Nos contrà, multum ac diu pensitatus amor liberalitatis communibus avaritiæ vinculis eximebat.

Pēnsĭo, onis, f.t. Dicitur id quod pro re aliqua cōducta solvitur: id est, quod datur pro rei alicujus usu. [χρεωμίσθιον, δόσιφορος. Gal. Pension, payement. Ital. Pensione, pagamento. Ger. Ein zinß/zin bestandt. Belg. Rent. Hisp. El alquile que se da de cosa alquilada. Pol. Czynsz, Zapłata. Vngar. Fizetes bér. Ang. Payment, pension.] Cic. Lepræ lib. 6 Epi. Tencor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. Liv. 8. belli Macedon. Ea stipendium quod prioribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturos. Hæc tamen ferè distinctio observatur, ut Pensio dicatur pecunia, quæ ex prædiorum urbanorum locatione percipitur: quæ verò ex rusticorum, Mercet. Vide L. 23. & 29. D. de hæreditat. petit. ¶ Hinc Pensionarius, qui pensionem alicui solvere tenetur.

Pēnsĭuncŭlă, diminutivum. [τὸ ὀλίγον νεφος χρυσοῦ ἢ ἀργύρου δόσιφορος. Gall. Petite pension. Ital. Picciola pensione. Germ. Ein zinßlin/oder kleine besoldung. Hisp. Pequenna pension. Pol. Mał'a zapł'ata. Vng. Vékétskeh berenike. Ang. A little pension.] Colum. lib. 12. in Præfat. Fœnoris tui Sylvine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe.

Pēnsum, n. s. à Pensus, a, um, participio verbi pendo, quod inter cæteta significat æstimo, mediror, curo. Hinc nihil pensi habere, est contemnere & nihili facere. Salust. in Catil. Neq; dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Quintil. Nihil pensi habere videas quosdam.

Pensĭŏr, & hoc pensius, comparativum, Carius & pretiosius: nam quæ maximi facimus, sæpè nobis pensa sunt: id est, meditata, cogitata, ponderata atque examinata. Venire autem videtur deductum à Pensus, a, um, quod nomen est ex participio factum: significat cogitatum, medicatumque. Plaut. in Stichō: Age tu, altera utra sit conditio pensior, virginem, an viduam habere? Gell. lib. 12. cap. 5: Vt nihil quicquam esset carius, pensiusque nobis, quàm nosmetipsi.

Pēnĕ, adverb. Ferè, propemodum. [כמעט chimhát. σχεδὸν. Gall. Presque, à peu près. Ital. Quasi. Ger. Schier/ gar nah. Belg. Bijna. Hisp. Poco mas à menos. Pol. Bez mał'a. Vng. Csak nem mond. An. Almoſt.] Plaut. in Epi. Penè in cursu cōcidi. Hinc Penitissimè superlativū formavit Plaut. in Aul. ut placet Prisc. lib. 15. licet alii à penitùs formari velint. Me (inquit Plautus) inùs gallus gallinaceus, Qui erat anni peculiaris, perdidit penitissimè: id est, penè nihil defuit, quin me perderet.

Pēnĕlŏpēs, ωλοπόδων, Aves sunt quæ alio nomine dicuntur meleagrides. Plin. lib. 35. cap. 2: Et Cratim amnem in Oceanū effluentē è lacu in quo aves, quas meleagridas, & penelopas vocant, ferunt vivere. Vide suprà MELEAGRIDES.

Pĕnĕs, Prępositio est accusativum exigens, significatq; dominium, vel personā, aut potestatem. [παρά. Gall. En la puissance. Ital. Appresso. Ger. Bey/im gewalt. Hisp. Cerca. Polon. Wmoczy. Vng. Mellette. Ang. In the power.] Vlpian. l. Penes ff. de Verb. significat. Penes te amplius est quā Apud te: nam Apud te est, quod qualitercunque à te tenetur: Penes te est, quod quodammodo à te possidetur. Cicero 4. Verrina: Quum omnis copia frumenti penes istum esset redacta. Idem de Leg. Agrar. contra Rul. Agri, quorum adhuc penes Pompeium omne judicium & potestas more majorum debet esse.

Pĕnĕtro, as, act. p. Pervado, transeo, ad interiora accedo, quasi penitùs intro. [חברית hebriach. διαπείρω, εἰσέρχομαι, ἐμβάλλω, ἐνδύω, ἐπείγω, περάω. Gal. Penetrer, percer tout outre, entrer dedās bien avant. Ital. Penetrare, entrar dentro. Ger. Durchtringen/ganz und gar hinein gehen. Belg. Doortringen/doorgaen. Hisp. Penetrar, meter à entrar à dentro. Polon. Przenikam, przepadam. Vngar. Altal hatom behatok. Ang. To pearce or enter.] Cicero 1. Tuculan. Qui si permanet incorruptus, suiq; similis, necesse est ita feratur ut penetret, & dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventiq; coguntur. Sic Penetrare Atlantē, pro Atlantem montē superare, & prętergredi, apud Plin. lib. 5. cap. 1. ¶ Aliquādo cū prępositione ad. Plin. lib. 13. cap. 3: Quando id primùm ad Romanos penetraverit, non facilè dixerim. ¶ Aliquando cum præpositione in: ut Penetrare in cœlū, apud Cic. 4. Acad. Penetrare in portū apud eundem 7. Verr. Sic Penetrare in urbē, apud Liv. 2. ab Vrb. Penetrare in animos, apud Cicer. de Clar. Orat. ¶ Aliquando cum prępositione sub: ut Penetrare sub terras, apud Cicer. 6. Verr. ¶ Ponitur aliquando transitivè cum accusativo. Gell. lib. 3. cap. 14: Specum quādam nactus remotam latebrosamq;, in eam me penetro, & recondo. Penetrare se in fugam, est fugere, apud Plautū in Amph. Plaut. in Menæch. Intra portam, inquit, penetravi pedem. Ibidem: Si intra ædes hujus unquam, ubi habitat, penetravi pedem: quanvis in posterioribus exemplis pedem accusativus mensuræ esse possit.

Pĕnĕtrābĭlĕ, adjectivum, Quod facilè penetrat. [ברית beriach. περατικὸν, διαπερατικὸν. Gall. Penetratif, qui entre & perce tout outre. Ital. Che entra, & passa per tutto. German. Durchtringig/das hindurch geht. Hispan. Cosa que puede penetrar. Polon. Przenikliwy, przepadaiący. Vngar. Altal hato be hato. Ang. That entreth and peatreth easilie.] Virg. 10. Aen. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. Martial. lib. 4: Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. ¶ Interdum sumitur passivè, pro eo quod facilè penetratur. [διαπερατὸς. Gall. Qu'on peut penetrer & percer. Ital. Penetrabile. Germ. Das wol zu durchtringen ist. Hisp. Cosa que puede ser penetrada. Ang. That may be pearced.] Ovid. 12. Metam. corpus nulli penetrabile telo.

Pĕnĕtrāle, hujus penetralis, n. t. nomen substantivum, significat omnem partem interiorem domus, vel templi, licet sit intecta quicquidve in intimis partibus est. [דביר debir. μύχιον. Gall. Le dedans & le lieu le plus secret & retiré. Ital. Luogo ben dentro in casa. German. Das zum allerinneristen in einem Hauß/ein jeder Gemach. Hispan. El retraimiento en la casa. Polon. Gnaciwskosc zakrit i na zadzie. Vngar. Ritek hely, belső hamara, zordok. Angl. The inner part of an house.] Virgil. 6. Aeneid. Te quoque magna manent regnis penetralia nostris. Martial. libro 10: Nec Capitolini summum penetrale tonantis. Virg. 2. Aeneid. Apparent Priami, & veterum penetralia regum. Liv. 5. Deca. 3: Et quum omnis præfatio sacrorum eos quibus non sint puræ manus, sacris arceat: vos penetralia vestra contaminari cruento lanionis corpore sinetis? ¶ Adjectivū pro interiore parte accipitur, ἐνδόμυχος. ut apud Virg. 2. Aen. Æternūq; adytis effert penetralibus ignem: quasi penitùs remotis. Idē 1. Georg. Seposita & tectis penetralibus extulit ova Angustum formica terens iter. Idem 4. Aen. At regina pyra penetrali in sede sub auras Erecta, &c. Dii penetrales, Cic. 2. de Nat. deor. Itē: Penetrale sacrificii, autore Festo, quod in intima parte sacrarii conficitur. Penetralis Germania: hoc est, penitior & interior, Tacit. lib. 2.

Pĕnĕtrāl pro penetrale posuit Macrob. Saturnal. lib. 7. cap. 1. [Vngar. Ritek hely. Ang. Enyzeg'tarto hely.]

Pĕnĕtrālĭtĕr, adverbium. Lucr. lib. 2: Persacile est animi ratione exolvere nobis, Quare fulmineus multò penetralius ignis, Quam noster fluat è tædis terrestribus ortus.

Pĕnĕtrātĭo, nis, f.t. [περατικὸν. Vngar. Telyatás, altal hatas.] Apuleius Florid. lib. 4: Vice spinarum, quas ventus cùm volutit inter se cohercere, paribus utrinque aculeis, similis penetratione mutuo vulnere.

Pĕnĕtrātŭs, particip. ut Limina penatrata mortis, Stat. 4. Syl.

Penicillum, Vide PENICVLVS.

Penicŭlŭs, li, m. s. & penicillus: sive Peniculum, & penicillum. [σκιάζω. Gall. Vn torchon à torcher. Ital. Scova. Ger. Ein wischlin oder bürst damit man etwas außkehret oder außwischt. Hispan. Escoba. Pol. Szmata albo szczotka do zcierania. Vngar. Tisztito szungia, sóprim. Ang. A drage or mawlkin to make thee sleeve of the ouen cleane.] Quanvis diminutiva videantur à penis, significant tamen ea, quibus calceamenta, vasaque terguntur, velle Fabricia dicta quòd olim fierent ex pene: id est, ex cauda animalium. Nam, ut ait Cic. lib. 9. Epistol. ad Pætum: caudam quidā penem vocabant: ex quo est propter similitudinem, penicillus. ¶ Penicilli item & penicilla dicuntur quibus pictores pingunt, quoniam ex caudarum extremitatibus fiunt. [ζωγράφικον. Gall. Vn pinceau. Ital. Pennello. German. Ein Mahlerbesa. Belg. Eenen verfset/einen tiere bessem/staddet. Hispan. Pincel. Pol. Pendzlik. Vngar. Kep iro penna, pogyuis fark festő penna. Ang. A pensell for a painter.] Plin. lib. 35. cap. 10: Arreptoque penicillo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Ibidem: Visus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Quintilian. lib. 2. Instit. cap. 22: Vt exlator cœlum, & pictor penicilla deflderant. ¶ Item quibus albarium tectorio parietum instrumento Plinius libro 28. cap. 17: Serarum ex his è penicillis tectoria cenis cum adipe tritus. ¶ Item quibus vulnera stipantur, στύμματα: ne prępropere claudantur priusquam probè fuerint purgata, ut sunt penicilli ex linteolis concerpti, ex medulla sambuci, & ex spongia. Idem: Tum peniculo vulnus apertum. Celsus: Tum exigua penicilla interponenda. Omne præterea quod ad aliquid mundandum, detergendum, illinendumve unumus, penicillum, vti peniculum vocamus, præsertim si ex spongia sit factū. Terent. in Eunuch. Quid ignave, peniculone pugnare, qui istuc huc portes, cogitas? Plin. Hyssopumque cum myrrha calidum penicillo illitum.

Pĕnĭcŭl.

Pēnĭcillāmĕntum, ti, n. s. Pars vestis quæ terram attingit, autore Festo. *penaria*. Ennius lib. 11. Annalium: Pendent penicularmenta unum ad quenque pedem.

Pēninsŭla, sulæ, f. p. Terra est undique ferè aquis clausa, & exiguo tantùm angustiis, quæ dicitur isthmos, continenti adnexa dicta quasi pene insula. [χερσόνησος. Gall. *Vn lieu presque environné d'eau.* Ital. *Luogo quasi isola.* German. Ein ort das gemach wie ein Insel mit wasser vmbgeben vnnd beschlossen ist. Hisp. *La casi isla.* Polon. Wyspa prawie woda obmierzyona. Vngar. Belegzin. Ang. *A place almost enuironed with water.*] Nam insula dicitur quæ undique aquis clauditur, propriè autem mari. Livius libro 31: Et oppidum Celetrum est aggressus, in peninsula situm. Plin. lib. 9. cap. 3: Cadara appellatur Rhodi maris peninsula ingens.

Phăsēlŭs, li, pen. prod. [עברה habaràh. φάσηλος. Ger. Ein gůtung eines tiefen ſchiffs/ oder ein weckling. Pol. Dobas. Vn. Küczter. Ang. A galey.] Straboni & Appiano navigii genus fuit, multùm habens formam ex oneraria & longa triremi, quòd tàm velis quàm remis agi poterat. Catul. Phaſelus ille quem videtis hoſpites, Ait fuiſſe navium celerrimus, Neque ullius natantis impetum trabis Nequiſſe præterire: ſive palmulis Opus foret volare, ſive linteo. Georg. 4: Et circumpictis vehitur ſua ruta phaſelis. Saluſt. lib. 3: Et fortè in navigando cohors una grandi phaſelo vecta, à cæteris deerravit. Nonius Phaſelum interpretatur navigium Campanum. Bayfius eandem exiſtimat eſſe myoparonem, aut certè ab illius figura non multùm diſtantem. Nec deſunt qui in Pamphylia primùm inventum ſuſpicati ſint, & à Phaſelide oppido nomen accepiſſe.

Phăsĕōlŭs, per quatuor ſyllabas. [φάσηολος. Gal. Phaſeole eſpece de feve. Ital. Faſeiuole. Germ. Faſolen/ oder neuſchbonen. Hiſp. Faſeles. Pol. Bob. Vng. Tẽ-bõk bob.] Genus legumenis, ſiliquam ferens longiorem quàm ſesamogræcum, quæ unà cum ſemine manducantur viridis ex oleo & garo. Colum. lib. 2. ca. 15: Phaſeolus modo quatuor obruuntur, totidẽ operit. ¶ Legitur & Phaſelus, lib. 1. Georg. Seu pinguem vicia hoc ſerere, velim quo phaſelum. Tu quidem phaſelũ lege 2. Gal. lib. 1. de Aliment. facult. Phaſeolos diſtinguit à phaſelis, vultque phaſeolum plantam hortenſem eſſe eãdem cum ſmilace, cujus fructus ſubducuntur, & dolichi Theophraſto: phaſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certè ejus ſpeciem, quæ etiam hodie Phaſelorum nomen apud vulgum retinet.

Phăſĭānŭs,

Phaſelīnus, pro. corr. Adject. φασηλικός. Quod ex phaſeolo factū olive phaſelinum oleum, Plin. lib. 23. cap. 4.

Phasgānōn. [φασγανον. Pol. Palma w. ka.] Herba eſt quæ alio nomine xiphion appellatur: hoc eſt, gladiolus, naſcēs in locis humidis, quum primùm exit, gladi ſpeciem præbens, radicem habēs duorum cubitorum, nucis avellanæ modo fimbriatam. Reliquam deſcriptionem vide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

Phasiānus, m. ſ. [φασιανος. Gal. Un Faiſan. Ital. Fagiano, è faſiano. Ger. Ein phaſan oder faiſant/iſt ein art vnd gſchl. Hiſ. Faiſa. Po. Bażant. Vng. Faiczan. Ang. A faiſant.] Avis nota, à Phaſi fluvio ita nominata: unde ab Argonautis primùm in Græciam, atque inde ad nos putatur eſſe deportata. Mart. lib. 13: Argiva primùm ſum transportata carina, Ante mihi notum nil nin Phaſis erat. In hanc avem Iyin Terei filium mutatum poëtæ fabulantur.

Phāsiānē, n. æ, idem: ut apud Plin. l. b. 30. cap. 4: Nonnulli etiam phaſianas gallinas vocant.

Phāsiānārĭus, m. ſ. Qui phaſianos paſcit. [φασιανοτροφος. Gal. Vn faiſannier, qui nourrit des faiſans. Ital. Chi nutriſce faſani. Germ. Der faiſanen pracht vnd ſpeiſet. Hiſp. El que cria los faiſanes. Pol. Kurs hodowal ſzcz. Vng. Faiczan tarto. Ang. That feedeth feaſants.] Paulus Iurisconſult. Phaſianarii autem, & paſtores anſerum ne continentur.

Phāsĭdos, Iſopyros, Dioſcor. lib. 4. cap. 122. φάσηλος. Palumbus.

Phāsĭma, ātis, n. t. Apparitio, viſum, monſtrum. [מראה chezzayón. Gal. Monſtre, apparition. Ital. Moſtro, apparizione. Germ. Ein mißgeburt/ein wunderzeychen. Hiſpan. Milagro, aparesçimiento. Pol. Cyw. Vng. Latzi. Ang. A ſight or viſion.] Eſt etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcū comicum. ¶ Phaſma etiam fabula fuit cujuſdam Catulli, ut ex Iuvenale intelligere licet. Satyr. 8: Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti Supparo, clamoſum ageres ut Phaſma Catulli.

Phasiŏlus, Iſopyros, Dioſcor. lib. 4. cap. 122. φάσηλος. Palumbus.

Phāsĭs, ĭdis, m. & f. g. Fluvius Colchidis, à quo Phaſides aves. [φασις. Gal. Phaſe. Ital. Faſi. Germ. Phaſis. Hiſp. Faſis. Pol. Faſis. Vng. Faſis. Ang. Faſis.] Plin. lib. 6. cap. 5. Phaſis Colchos à dextra relinquit, Iberos à ſiniſtra, Caſpiam ad ſiniſtram. Ab eo Phaſides aves, Phaſianæ gallinæ, Phaſeolus, Phaſelus, Phaſelinum oleum.

Phāsĭtēs, æ, m. g. Qui Phaſi fluvio natus eſt. [φασιτης. Gal. Phaſien. Ital. Faſiano. Germ. Phaſianer. Hiſp. Faſiano. Pol. Faſianin. Vng. Faſiani. Ang. Faſian.] Plin. lib. 6. cap. 5. Phaſitæ ſunt Colchi.

Phāsĭtis, ĭdis, f. g. Phaſi fluvio nata. [φασιτις. Gal. Phaſienne. Ital. Faſiana. Germ. Phaſianerin. Hiſp. Faſiana. Pol. Faſianka. Vng. Faſiana. Ang. Faſian.] Plin. lib. 6. cap. 5. Phaſitæ ſunt Colchi. Phaſitis Colchis.

Phāsŏlus, m. ſ. Genus leguminis, Græcis φασηλος. [φασηλος. Gal. Faſeole. Ital. Faſeolo. Germ. Ein ſpeiß/wie die Erbſen. Hiſp. Faſeol. Pol. Faſola. Vng. Babſzem. Ang. A kind of pulſe.] Plin. lib. 18. cap. 12. Phaſeolus ſatus Auguſto menſe, ſemine ſuo ſe ſerit. Phaſeolus ſatus Auguſto menſe, ſemine ſuo ſe ſerit. Phaſeolus ſatus Auguſto menſe, ſemine ſuo ſe ſerit.

Phāsŏlus, Phaſelus, Dioſcor. lib. 4. cap. 122. φάσηλος. Palumbus

Germ Die geſtiftung ſtebhabung der weiſſheit. Hiſpan. *Amor de la ſabiduria ò prudencia.* Pol. *Chęć do madrości.* Vng. *Błoſſeg nek żeretlme, philoſophia.* Ang. *Philoſophie, loue of wiſdome.*] Cicero 2. Offic. Nec quicquã aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quàm ſtudium ſapientiæ. Idem 3. de Orat. Cognitio omnium optimarum rerum, atque in iis exercitatio, philoſophia nominatur. Idem 1. de Leg. Ita fit ut mater omnium bonarum rerum ſit ſapientia, â cujus amore Græco verbo φιλοσοφία nomen invenit. Philoſophia dividitur in tres partes, in moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit animum: ſecunda rerum naturam ſcrutatur: tertia bene diſſerendi rationem docet. Moralis Græcè ἠθικὴ dicitur: quæ κατ' ἐξοχὴν philoſophiæ ſibi nomen vendicavit. Cicer. 4. Tuſcul. Eſt profectò medicina animi philoſophia. Seneca: Philoſophia animum format, & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat. Apuleius Diſciplinam regalem appellat, tàm ad bene dicendum, quàm ad bene vivendum repertam.

Phĭlŏsŏphus, phi, m. ſ. Amator ſapientiæ: [חכם *chacham.* φιλόσοφος. Gal. *Philoſophe, amateur de ſageſſe.* Ital. *Filoſofo amator di ſapientia.* German. Ein liebhaber der weiſſheit / ſo ſich auff die begibt. Hiſp. *Philoſopho, amador dela prudencia ò ſabiduria.* Pol. *Madrość mie lesjuk.* Vng. *Błoſſeſeg żeretb, philoſophos.* Angl. *A philoſopher, a louer of wiſdome.*] quod nomen à Pythagora primùm dicitur eſſe profectum, qui Sophiſtæ appellationem tanquam arrogantiorem refugiens, philoſophum ſe nominari voluit: poſt quem deinceps omnes ſapientiæ profeſſores hoc nominis ſibi vendicarunt. Cic. 1. de Orat. Philoſophi deniqi ipſius qui de ſua vi ac ſapientia unus omnia penè profiteretur, eſt tamen quędam deſcriptio: ut is qui ſtudeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam, cauſaſque noſſe, & omnem bene vivendi rationem tenere & proſequi, nomine hoc appelletur. Idem 3. de Nat. deor. Autores rerum, nõ fabularum philoſophi. Idem 4. Tuſcul. Magiſtri virtutis philoſophi. Philoſophorum genera, & familias deſcribit Cic. 3. de Orat.

Phĭlŏsŏphĭcus, ca, cum. Quod ad philoſophum pertinet. [φιλοσοφικὸς. Gall. *Appartenant à philoſophe.* Ital. *Pertinente à filoſofo.* Ger. Das zu der liebhaberen der weiſſheit gehört. Hiſp. *Pertenecjente à philoſopho.* Pol. *Mędrowniczy.* Vn. *Philoſophoſe.* An. *Belonging to a philoſopher.*] Cic. 5. Tuſc. Ad Brutumque noſtrum hos libros alteros quinque mittemus: à quo non modò impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verumetiam laceſſiti.

Phĭlŏsŏphāstĕr, φιλοσοφάστης, Philoſophorum imitator, qui philoſophiam à limine ſalutavit.

Phĭlŏsŏphŏr, aris, d. p. [φιλοσοφέω. Gall. *Eſtudier en philoſophie, philoſopher.* Ital. *Studiare in philoſophia, filoſofare.* German. Sich der weiſſheit befleiſſen / von ſachen der weiſſheit vnd Philoſopher reden vnd diſputieren. Hiſp. *Eſtudiar en philoſophia, philoſophar.* Pol. *Vczyć mądrości, pokazywanie ſię z mądrości.* Vng. *Błoſeſik bdem.* Ang. *To ſtudie and giue diligence in philoſophie.*] Sapientiæ ſtudeo, vel philoſophorum more diſputo, rectam vitæ bene inſtruendæ rationem vel rerum naturas perſcrutor. Cic lib. 1. de Nat. deorũ: Et quum minimè videbamur, tum maximè philoſophabamur. Idem 2. de Orat. Ac ſic decrevi philoſophari potiùs (ut Neoptolemus apud Ennium) paucis, nam omninò haud placet. Plautus in Pſeud. Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc evenit, in labore, atque in dolore, ut mors obrepat interim. Sed ſatis eſt philoſophatum nimis diu, & longum loquor.

Phĭlŏstŏrgĭa, φιλοστοργία, A Græcis dicitur indulgẽtia, amorq; vehemens parentũ in liberos. [Pol. *Miłowanie dzieczy.*] Verùm voces hujuſmodi quę neque Latinis ſcriptoribus ſunt uſitatę, neque noſtris literis ſcribi conſueverunt, rectiùs in Græcum Dictionarium rejicientur. Quare non immeritò pleraſque id genus, (quæ huc non paucæ nullo judicio erant inſertæ) abjecimus, & veluti nothas ex aliena familia ſegregavimus: idq; eodem jure quo Latinas è Græco lexico ex meremus.

Phĭlŏthĕŏrŏs, pen. prod. [φιλοθεωρος. Ger. Einer der gern allerley dingen Naturen vnd vrſach betrachtet vnd ergrundet / Sinnreicher Menſch / Spratiſierer.] Speculationi deditus. Cic. Trebatio lib. 9: Deinde quod in Britannia non nimis te philotheorum præbuiſti, planè non reprehendo.

Phĭltrum, tri, n. ſ. [φίλτρον. Gal. *Poiſon pour faire aimer.* Ita. *Venenu che induce ad amare.* Germ. Ein buleſuppe / ein ſpeiß oder tranck ſo eta but dem anderen zu eſſen oder zu trincken gibt / jhn zu vnſinniger beldtſchafft zu bringen. Hiſpan. *Las echiſos.* Polon. *Miłoſne trunek.* Vng. *Zeretetre indites etnb.* An. *A drink, or anyſuch thing which cauſeth loue.*] Pharmacum amorem concilians (Cicero Amatorium poculum appellat) hoc eſt, quicquid eo animo edẽdum bibendúmve datur alicui, ut inducatur ad alterius amorem: qualia nonnulla commemorantur à Plinio: quæ tamen pleraque omnia ingerendæ potiùs inſaniæ, quàm cõciliando amori videntur convenire. Ovidius, eorum uſum vehementer diſſuadet lib. 2. de Arte: Nec data profuerint pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis, vimque furoris habent. ¶ Per translationem philtrum accipimus pro corporis totius vnaſtate, habitu, dignitate, morumque comitate oculis hominum ita grata, ut ſolo aſpectu inire gratiam ab omnibus quis facilè poſſit. Galli ſua lingua *Gratiam* appellant.

Phĭlyrŏdŏſes, Aſplenium apud Dioſc. lib. 3. cap. 152.

Phĭlyra, f. p. [φίλυρα. Gall. *Tedaus tilleul.* Ital. Tiglio. Germ. Ein lindenbaum. Hiſp. *La teja arbol.* Pol. *Lipa.* Vng. *Harſa aranyfa belsb beaz.* Angl. *A thinne skinne betweene the bark and the tree a leaf or ſheet of paper.*] A Græcis dicitur arbor, quã Latini tiliam vocant. Plin. item lib. 16. ca. 14: Philyram vocare videtur membranam tenuiſſimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemniſci conficiebantur. Inter corticem, inquit, & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuiſſimę earum philyræ, coronarum lemniſcis celebres, antiquorumque honore. ¶ Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, vel aliarum arborũ, in quibus olim ſcribebatur. Martian. de Nupt. Philolog. Libr. in philyra, cortice ſubnotati. Plinius lib. 13: Præparantur ex eo chartæ diviſæ acu in prætenues, ſed quàm latiſſimas philyras. Alia exemplaria habent philuras, quod in idem recidit. Muſæ enim ſunt Græcæ dictiones, quæ apud Latinos indifferenter ſcribuntur per y vel u. Solebant enim priſci Latini qui peregrinas literas non admittebant, loco y, ſcribere u.

Phĭmus, Præcluſi oſtioli vulvæ curãdi ratio ejus eſt apud Paulum lib. 6. cap. 73.

Phĭmōsĭs, φίμωσις, Dicitur quum glans membri virilis ita tegitur præputio, ut nudari non poſſit. Dicta φίμωσις ἀπὸ τοῦ φιμοῦ, quod nexum in ſuperiore parte ſacci ſignificat, quum ſubitò totus ſacculi oris ambitus funiculo colligatur. ¶ Eſt & φίμωσις, vitium huic prorſus contrarium, quum præputium ſemel deductum, ſuum in locum reduci non poteſt: quod vitium genus etiam ἀποφίμωσις appellatur.

Phlĕbŏtŏmĭa, f. p. [φλεβοτομία. Gall. *Saignee* Ital. *Saloſſo, laſſo.* Ger. Aderlaſſung / öffnung der adern. Hiſpan. *Eſangria, Sacadura de vena.* Pol. *Kiw z poſcznie.* Vng. *Er vagas.* Angl. *Opening of a vaine.*] Inciſio venę quæ fit ad ſanguinem minuendum ſedandi fervoris gratia. φλέβας enim dicunt Græci quas nos venas, & viſceres incidere.

Phlĕbŏtŏmŏn, [φλεβοτόμον. Gal. *Lancette* Ital. *Lancetta.* Ger. Ein laſſeyſen oder ſtechen. Hiſpan. *Lanceta para ſangrar.* Pol. *Bzyſzkalo.* Vn. *Er vago vas.* Angl. *A knife wherewith a paine is cut.*] Scalpellum quo vena ſecatur.

Phlebs, Græcis, dicitur vena Latinis.

Phlĕgmă, atis, n. t. [φλέγμα. Gal. *Flegme, ou fleume.* Ital. & Hiſp. *Flegma.* Ger. Die feuchtigkeit oder auch roz in den Menſchen. Pol. *Flegma.* Vn. *Takony.* An. *Fleume, ſnotuil.*] Humor eſt in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latinè pituitã vocamus. Hinc & Phlegmatici dicuntur in quibus humor hic cæteris præponderat.

Phlegmaſias, Intelligit aut inflammationes ſimpliciter, aut eas quæ cum febri ſunt. Gal. Aph. lib. 1.

Phlĕgmōnē, es, [φλεγμονή. German. Ein entzündung oder hitzig Geſchwer.] Inflammatio alicujus partis proficiſcens ex intemperie primarium qualitatum cum affluxu materię calidę & humidæ: hoc eſt, ſanguinis.

Phlĕgontis, huius phlegontidis, φλεγοντίς, Gẽmæ genus quod flamma quadam intùs ardere videtur. Plin. lib. 37. cap. 11.

Phlĕos, φλέως, Dioſcoridi, Herba eſt caulem habens ſcuteatum, & folium hiſpidum, quam nonnulli ſtœchen appellant. Autor Plin. lib. 20. cap. 15. Hermolaus in Dioſc. lib. 4. cap. 141. indicat Phleon dictã ἀπὸ τῆς φλοιοῦ, quod eſt fœcundum eſſe, quod in Orchomenio lacu copioſiſſimè proveniat.

Phletoricum corpus, quod oppletum eſt craſſis humoribus.

Phlomos, Verbaſcum apud Dioſcor. lib. 3. cap. 103.

Phlonitis, Onoſmon apud Dioſcor. lib. 3. cap. 148.

Phlŏx, phlogos, φλόξ, Floris genus, ſolo placens colore, odoris prorſus expers: ita dictum ut ſuſpicor, à colore flammæ, quam Græci φλόγα appellant. Plin. lib. 21. cap. 20: Colore tantummodò placet Iovis flos, odor abeſt: ſicut & ille qui Graecè φλὸξ vocatur.

Phlyctænæ, f. p. [φλυκταῖναι. Gal. *Boutons.* Ital. *Boſſole, bitorzoli.* Germ. Blatten oder poryelen in denen waſſer oder eyter mach ſt. Hiſp. *Puſtillas.* Polon. *Torpedzie mas.* Vng. *Hiba gas kelet.* Angl. *Biſtes or bliſters.*] Puſtulæ ſunt majores, pallidæ, lividæ, aut nigræ, ad alterius coloris à naturali recedentis, humorem in ſe continentes, quæ ubi rumpuntur, infrà caro quædam exulcerata oſtendit. Gignuntur autem vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis: ut tradit Cel. lib. 5. cap. 28. dictæ Phlyctænæ, ἀπὸ τοῦ φλύειν, quod eſt bullire, ſive bullas facere.

Phŏca, æ, [φώκη. German. Ein See oder Meerwelff / ſicht im Meer der gröſſe eines jungen Kalbs / mit ſchwartzem glatten haar.] Bellua marina, corio & pilis tecta, per ſomnum mugiens. Vocatur & vitulus marinus appellatur. Coit canum more, paritque in terra terreſtrium animaliũ ritu. Virg. lib. 4. Georg. - & turpes paſſim ſub gurgite

ſub gurgite phocas. Plin. lib. 9. cap 7: Et vituli marini, quos vocant phocas, ſpiram, & dormiunt in terra.

Phœnicēa. φοινική, Dioſcoridi, Herba eſt quam Latini hordeũ mannum appellant, teſte Plin. lib. 22. cap. ult. Quidam hodie ſimilem aromam vocitant.

Phœnicobalănus, φοινικοβάλανος, Palmæ Aegyptiæ fructus, præmaturitate nigreſcens, veſcentesque inebrians. Qui verò adhuc viridis ante maturitatem decerpitur, adipſos appellatur. Plin. lib. 12. ca 22: Myrobalano ſimilem in unguentis, promumque uſum habet palma in Aegypto, quæ vocatur adipſos, viridis, odore mali cotonci, nullo intùs ligno. Colligitur autem paulò antequàm incipiat matureſcere. Quod relinquatur, phœnicobalanus vocatur, & nigreſcit, veſcentesque inebriat.

Phœnicurus. φοινίκουρος, Avis à caudæ rubedine ita dicta, quę hyberno tẽpore Erithacus appellatur. Autor Plin. lib. 10. c. 29.

Phœnicoptĕrus, ri, pen. corr. φοινικόπτερος, Avis à pennarum rubedine dicta. Græci enim *rubrum* φοινικοῦν appellant, & *alam* πτέρυγα. Iuven. Satyr. 11: Et Scythicæ volucres, & Phœnicopterus ingens. Avis hujus lingua in præcipuis epularum deliciis erat olim apud Romanos. Plin. lib. 10. cap. 48: Phœnicopteri linguam præcipuis ſaporis eſſe Apicius docuit, nepotum omnium aluiſſimus gurges. Martial. lib. 13: Dat mihi penna rubens nomen: ſed lingua gulosis Noſtra placet, quid ſi garrula lingua foret?

Phœnix, cis, m. t. [φοινίξ. Gal. *Phœnix.* Ital. *Fenice.* Ger. Ein vnbekañter vogel dieſes nahmens im Land Arabia/ſoll 500 Jahr leben/ vnd alsdañ Hiſt. *Fenix, que vuica vuei mundo.* Vn. *Phœnix madar.* Angl. *Phœnix.*] Avis eſſe dicitur in Oriente, à phœniceo pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia naſcens, Aquilæ magnitudine, quæ annis ſexcentis & ſexaginta vivere dicitur. Plin. lib. 10. cap 2: Aethiopes atque Indi diſcolores maximè, & incognitabiles ferũt aves, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem, haud ſcio an fabulosè unum in toto orbe, nec magnopere viſum. Aquilæ narrantur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem, caputque plumeo apice honeſtante. Primus atque diligentiſſimus togatorum de eo prodidit Manilius: Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitiſſe qui viderit veſcentem: ſacrum in Arabia Soli eſſe: vivere annos D C. LX. ſenescentem caſia, thuriſque ſarculis conſtruere nidum, replere odoribus, & ſuper emori. Ex oſſibus deinde è medullis ejus naſci primò ceu verniculum, inde fieri pullum, principioque juſta funeri prioris reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. ¶ In hac ſignificatione, quidam volunt Phœnix eſſe dubii generis: melius tamen dixeris eſſe maſcul. Nam fœminino genere rariſſimè legitur, idque non ſine figuratè, reſpiciendo ad genus ſuperioris avis. ¶ Eſt item PHOENIX Theſſaliæ, fluvius in Aſopum influens: cujus meminerunt Plinius lib. 4. cap. 8, & Strabo lib. 9. ¶ Phœnix præterea gentile nomen eſt, cum ſignificans qui è Phœnice maritima Syriæ regione ortum traxit: de quo vide paulò antè in dictione PHOENICES. ¶ Arbor item illa nobilis quam Latini palmam appellant, Græco nomine Phœnix dicitur. ¶ Phœnix item nomen proprium præceptoris Achillis, qui quum matris hortatu cum patris concubina rem habuiſſet, Diis imperitas à patre, relicta Hellade, in Theſſaliam ſeſe contulit ad Peleam regem, qui illi Dolopum procurationem commiſit, ſibique Achillem in diſciplinam tradidit, quem etiam ad bellum Trojanum comitatus eſt: ut ipſe narrat apud Homer. libro 1. Iliad.

Phollis, tibuli genus eſt, quod nobiliores quique civitatis prædicant, prout ſecundum habitationes fuerunt compreheſi: ut nobilitas quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incommodum ſecum afferret. ¶ Phollis item põdus eſt, alio nomine dicta Balantium: trahit autem Donos 250. hoc eſt, libras 312. & uncias 6. Singuli verò Dom libr. 1. & uncias 11 comprehẽdebant. ¶ Eſt & alius Phollis coactũs ex argenteis lepris, qui militibus, quos Militarios vocabant, dabatur. Lepti autem Certion unum cum dimidio continet. Ita Phollis ipſe argenti, ceratia 208. habet & numinos 9. quæ ſumma nunc valet millia 109. ¶ Eſt & Phollis alius, à duobus zanthis incipiens, & uſque ad octo procedẽs, prout ſolventium ubera ſubſtantiæ patiebantur. Verũm Suidæ Phollis maſculini gen. eſt obulus. Idem in dictione σαρδόνιον, Ducenti ſe decem obuli, quos Pholles vocant. Et hoc ſenſu ab Auguſtino de Civit. Dei ult. lib. capitur. Alc. in Rud. de Prætor. & honore, lib. 12.

Phonascus, φωνάσκος, Ger. Stymmeiſer/ein Lehrer oder Meiſter der Stimme/ſo einen führen vnd lehren ſoll/die wörter recht/klar vnd verſtendig auß zuſprechen/ein Lehrer des Geſangs.] Dictio eſt Græca qua ſignificatur vocis, pronuntiationisque magiſter, & moderator. Quintilianus lib. 11: Sed cura non eadem oratoribus quæ phonaſcis Sueton. de Auguſto: Pronuntiabant dulci, & proprio quodam oris ſono, dabatque aſſiduè phonaſco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exaſperare docebat: quod artis genus Græci etiam φωνασκίαν appellarunt.

Phŏnos, φόνος, Herba eadem quæ atractylis: ita dicta ab eo quòd ſanguineum fundat ſuccum. Autor Plin. lib. 12. cap. 16.

Phoſphŏrus, ri, pen. corr. [φωσφόρος. Germ. Der Morgenſtern. Pol. *Iutrzenka.*] Stella matutina, quam Latini verbum ex verbo reddentes, Lucifernm appellant. Martial. lib. 8: Phoſphore redde diem, quid gaudia noſtra moraris?

Phrăſis, hujus phraſis, f. t. φράσις, Eloquentiæ corpus, inquit Quintil. lib. 10. cap. 1, & dicendi modus. Dicta λάπο τὸ φράζειν, quod eſt fari, & differere. Macer (inquit Quintil.) & Lucretius legendi quidem, ſed non ut faciant phraſin.

Phrĕnēs, φρένες, à Græcis vocãtur, à Latinis præcordia: hoc eſt, ſeptum transverſum, quod & diaphragma ab illis appellatur: ſive quòd mentem (quam etiam τὸ φρένιμον, nomine illi intelligunt) ea in partibus reſidere nonnulli ex veteribus exiſtimarint, ſive quòd diaphragmate inflammato neceſſe ſit & mentem impedi, ſubſequente nimirum eo morbi genere, quem *paraphrenitidem* appellant medici.

Phrĕnĭtis, idis. [φρενῖτις. Gall. *Phrenoſie* Ital. & Hiſ. *Frenoſia.* Ger. Das hirnwütten/ auß welchem die Taubſucht vnd Wanwitzigkeit erfolget. Polon. *Szaleniec, albo od rozumu odeſcie.* Vng. *Balsud hagymaz.* Ang. *The frenſie.*] Morbus lædens mentem, & ad inſaniam furoremque perducens: unde & nomen accepit. Nam mentem Græci φρένας appellant. Fit autem ex inflammatione membranularum, quas meaingas vocant, idq; vel à pallida bile, eaque levior eſt, vel à flavâ, eaque eſt vehementior: vel ab eadem valde aduſta, quæ eſt omnium teterrima, ut docet Galenus lib. 3. de Locis affectis. ¶ Phrenelis alio nomine appellatur, pen. prod. Iuvenal. Satyr. 14: Quum furor haud dubius, quum ſit manifeſta phrenelis. Martial. lib. 4: Declamas in febre Mathon: hanc eſſe Phrenelim Si neſcis, non es ſanus, amice Mathon. Serenus mediam hujus dictionis ſyllabam corripuit, quem in hoc non imitabimur. ¶ Phreneticus appellatur qui hunc morbum patitur. Plin. lib. 20. cap. 2: Sed & phreneticis auxiliatur cum lacte mulieris.

Phronēſis, f. t. [φρόνησις. Gall. *Prudence.* Ital. *Prudenza.* Germ. Fürſichtigkeit. Hiſp. *Prudencia.* Pol. *Madroſc.* Vng. Eſzſeg. Angl. Wiſdome.] Cic. lib. 1. Offic. Princepsque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam Græci *ſophiam* vocant. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quãdam intelligimus, quæ eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia.

Phrygia, Aſplenium apud Dioſcor. lib. 4. cap. 152.

Phrygiones, Phrygius, Phryx, Vide in PROPRIIS.

Phrynĭon, φρύνιον, Herba quæ eadem dicitur paronychia, ita dicta quòd *ſub* φρύνιοις: hoc eſt, rubetis adveſcitur. Autor Plinius lib. 25. cap. 10.

Phrȳnos, [φρῦνος. Pol. *Krolima ſaba.*] A' Græcis ranæ genus appellatur omnium maximum in vepribus tantùm vivens: unde & ruberam Latini appellant. Plin. lib. 32. cap. 3: Sunt quæ in vepribus tãtùm vivunt, ob id rubetarum nomine (ut diximus) quas Græci *phrynos* vocant, grandiſſimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum.

Phthiriăſis, φθειρίασις, Morbus eſt pedicularis, ἀπὸ τοῦ φθειρῶν, quos & pedes, & pediculos vocamus. Plinius lib. 20. c. 1: Sic & contra phthiriaſin bibitur & hydropiſes. Vide Pedicularis in PEDES, pedum.

Phthiroctonon. Steph. Sagria apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 158.

Phthĭſis, hujus Phthiſios, f. t. [φθίσις. Gall. *Ulceration des poulmons.* Ital. *Mal ſottile, ſi Tiſico, ulcerazione & impiagamento del polmone.* Ger. Verſehrung der Lungẽ/von welcher ein Menſch von tag zu tag abnimpt/die Schwindſucht. Hiſ. *La tiſica.* Vng. Azo korſeg. Angl. *Ulceration of the lights.*] Morbus eſt totum corpus extenuans, proveniens ex ulcere pulmonis à pituita potiſſimùm generato, quæ à capite delapſa, in pulmonibus computruit. Quanquam interdum & ex proprio pulmonis affecta originem trahit, maximè quidem ex valis diruptione poſt ſputum ſanguinis nõ conglutinata: quod mali genus Græci uſitatiùs *Phthoën*, φθόην, vocant: definiuntque eſſe totius corporis cum parva febre extenuationem, pulmonis inſanabilia ulcera conſequentem. Hoc morbo Theopompum laboraſſe, & ab Aſclepiade curatum tradunt. Sæpenumerò tamen phthiſim pro phthoë poſitam invenimus: ut apud Columellam. lib. 6. cap. 14: Eſt & illa gravis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tuſſis & macies & ad ultimum Phthiſis invadit. Corripit autem hoc nomen priorem ſyllabam. Iuven. Satyr. 12: Et phthiſis, & vomicæ putres, & dimidium cruz. Qui hunc morbum patiuntur, Phthiſici, φθισικοί, appellantur. In oculo item phthiſim appellant, pupillæ conſtrictionem, quum ſcilicet oculi tabes pupillam contrahit atque anguſtiorem efficit. Definitiones quæ Galeni nomine circumferuntur, phthiſios nomine omnem

corporis extenuationem maciemque complectuntur à verbo φθω, quod propriè dicitur de plantis aliisq; sensim pereuntib.

Phthŏës, φθοη. Corporis totius extenuatio cum exigua febri, incurabilis pulmonis ulcera consequens. Hanc nonnulli, minus tamen propriè phthisin appellant.

Phthongus, m. t. [Ιηρ kol. φθογγος. Gall. Son. Ital. Suono. Germ. Ein thon. Hisp. La voz, ò son y sonido. Pol. Thon albo tkaktò. Vng. Zúngei. Ang. A sowne.] Idem quod sonus, & vox inarticulata: à verbo φθεγγομαι, quod est sonum & vocem edo. In musica autem phthongus dicitur, soni cujuspiam unus & idem tenor: ut in cithara certi alicujus nervi strepitus semper sui similis. Severinus lib. 1. cap. 8: Phthongum definit casum vocis, ἀμετάπτωτον: id est, aptum melo in unam intētionem. Alii harmoniæ minimam partem. Nam quemadmodum unitas numeri, ita phthongus consonantiæ principium est. Ex his facilè intelligi potest locus Plin. lib. 2. cap. 22. ubi de siderum musica loquens ex Pythagoræ sententia ait Saturnum dorio moveri, Iovem phrygio: Mercurium verò phthongo: hoc est, eodem semper & æquabili soni tenore.

Phu. [פּוּ. Germ. Marien Magdalenen kraut / Garten baldrian: die wurtzel heyst Katzenwurtzel / Augenwurtzel / Wendwurtzel.] Vocant aliqui nardō agrio, sive cricum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, villosaque & imitante avium pedes. Dioscorid. lib. 1. & Plin. lib. 12. c. 12. Officinæ *Valerianam majorem* nominant.

Phỹ, Interjectio mirantis est, teste Donato. Terent. in Adelph. Phy, domi habuit unde disceret. [Germ. Ein stim oder wort des verwunderens / Huy.]

Phycites, φυκιτης, Gemma algæ colorem habens, Plin. lib. ult. cap. 10.

Phỹcŏs, thalassium, φῦκος θαλασσιον, Latinè fucus marinus, herba est similis lactucæ, quæ conchyliis substernitur. Tria ejus sunt genera: latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. Hæc Plin. lib. 26. cap. 10.

Phycis, fœminini generis, φυκις. Piscis est verno tēpore varius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, & in nido ova pariens. Autor Plin. lib. 9. cap. 26.

Phygethlŏn, φυγεθλον, Est (ut inquit Corn. Celsus lib. 5. c. 28.) tumor non altus, latus, durus, in quo quidam pustulæ simile est, cum dolore, distentioneque vehementi, majoreque quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam cum febricula, tardè maturescens, neque magnopere in pus se convertens. Latini panum vocant.

Phylăcă, pen. cor. [φυλακη Ger. Ein Gefengnus ob Kercker. Pol. Więzienie. Ang. A warde, a gayle.] Locus custodiæ, carcer. Plaut. in Capt. Illinc est abductus rectà in Phylacam ut dignus est. A' verbo Græco φυλάττω, custodio.

Phylăcistă m. [φυλακιστης. Ger. Ein Kercker meister / Thurnhüter / Meister vber die Gefangnus. Pol. *Oprawca.* Ang. *A gayler or keeper of the prisoners.*] Carceris custos, vel lictor, cujus officium est nocentes comprehendere, & in carcerem abripere. ἀπὸ τῦ φυλακίζειν, quod est ad carcerem trahere. Plaut. in Aulul. Trecenti constant phylacistæ in atriis.

Phylactĕrium, n. s. [כְּנַף *chanáph* סַמְךְ *totáphi.* φυλακτήριον.] Græca dictio ἀπὸ τῦ φυλάττειν: hoc est, à custodiendo, asservando, sive tuendo deducta, significatque antidotum quo nos adversus venena tuemur, & præmunimus: nonnunquam significat locum custodiæ destinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Pharisæorum tabulæ, sive membranæ Decalogi præcepta inscripta habentes: quas illi & fronti & brachiis affigebant, ut eorum oculis nunquam non obversarentur. Erasmus in Matthæum: Pharisæi quò viderentur admodum observantes Legis, scribebant Decalogum in membranis, seu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronæ vice circumponebant, alterum brachio, ut sive quò manum porrigerēt, essent in cōspectu: sive quò caput movissent ob oculos essent. Hunc morē testatur Hyeronymus ad suam usq; ætatem duravisse apud Iudæos, Persas, ac Babylonios: atq; eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarent id quod Deus jubet per Mosem, servari præcepta sua. Hactenus Erasmus.

Phylarchus, [φυλαρχος. Pol. *Hetman albo rotmistrz konnycz.*] Ordinis, sive dignitatis nomen in equestri militia. Erat enim equitatus divisus in alas quasdā, quas illi φυλὰς appellabant: quibus qui præerant, Phylarchi appellabātur. Omnes autē uni parebant Hipparcho: hoc est, equitatus totius præfecto: quem Latini sub dictatore universo exercitui imperante magistrum equitum appellabant. ❧ Fuit item proprium nomen Historici cujusdam Athenensis, sive Sicyonii, aut, ut alii malunt, Naucratitæ, qui Pythi Epirotæ bellum adversus Peloponnesios libris XXVIII. conscripsit: item alia complura, quæ recensentur à Suida.

Phylĕtæria, Polemonia apud Dioscor. lib. 4. cap. 19.

Phyletĕrion, Clematis, Dioscor. lib. 4. cap. 8.

Phyllanthēs, φυλλανθης, Herba est ex genere aculeatarum, sed minoribus aculeis, ab radice tantùm foliata. Sic eam nominat Plin. lib. 21. cap. 16.

Phyllanthrŏn, φυλλανθρον, cognomento dyticon, Herba est Democrito, purpuram tingentibus utilis. Vide Hermolaum in Caroli.

Phyllira, Vide PHILYRA.

Phyllandrĭon, In pallustribus nascitur, nec plura de ea traditur. Vide Barbarum in Coroll. lib. 3. cap. 141.

Phyllĭtis, φυλλιτις, Herba est foliis lapathi, longioribus tamen aduerioribusque, modò senis, modò septenis, interius lævi, aversa parte quosdam quasi vermiculos appendentes retinentibus. Dioscorides à quibusdam Lapathon agrion id est, inimicem agrestem vocari tradit.

Phyllŏn, φυλλον, Spina est sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculeatis, & lactucæ similibus. Alias nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. Plin. lib. 22. cap. 16.

Phyllŏn, Musici generis apud Dioscor. lib. 3. cap. 141.

Phyllophares, Prasium. Dioscor. lib. 3. cap. 118.

Phylloscaphylon, Capparis.

Phylŭra, φυλυρα, Vide PHILYRA.

Phyma, Animal, ut inquit Aelian. in quod si quis oculos intendat, ab eoque inspiciatur, in pallorem maciemque incidit, idque in diebus non paucis.

Phymata, φυματα, Phlegmonæ: hoc est, inflammationes latarum partium, teste Galeno lib. 2. Methodi.

Phyranon, Ammoniacum pingue crassumque.

Physa, φῦσα, Piscis quidam ex genere testaceorum, Nilo fluvio peculiaris, teste Strabone lib. ult.

Physalis, Vesicaria, vel halicacabos apud Dioscor. lib. 4. cap. 71. & Aetium Sermone 11. cap. 29.

Physĕter, penul. prod. tertia, m. t. [φυσητης. German. Ein bloßer oder Waltfisch / blaßt so viel wassers ob jm vnd vber jhnen daß die Schiff darvon vol unter vnd versincken.] Bellua marina admirabili magnitudine, quæ aquam faucibus hausam tanta copia in altum efflat, ut veluti densissimus quidam imber decidens, conspectum circumquaque eripiat. Vnde & Physeter dictus est, παρὰ τὸ φυσᾶν καταπίνειν: hoc est, ab emovendis, aut effludis fluctibus. Rufus ex Arato, anhelos physeteras proprio epitheto appellavit. Plinius lib. 9. cap. 4: Maximum animal in Indico Oceano pristes & balæna est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altioremque navium velis diluviem effundens. Ea bellua Nearchi classi in Arabicum sinum naviganti, maximum terrorem incusserunt, quòd tantos expirarent imbres, ut quæ posita ante pedes essent, videri non possent, donec navigationis ductus edoctus Nearchus, tubarum clangore pristes in profundum abegit.

Physis, Natura. [φυσις. Gal. *Nature.* Ital. *Natura.* Ger. Die Natur. Hisp. *Naturaleza.* Pol. *Przyrodzenie.* Vng. *Termeszet.* Ang. *Nature.*]

Phỹsĭcus, a, um, Naturalis, ad rerum naturam & ad physicam pertinens. [φυσικὸς. Gal. *Naturel, appartenant à nature.* Ital. *Naturale, che s'appartiene alla natura.* Germ. Natürlich. Hispan. *Cosa pertenesciente à la naturaleza.* Pol. *Przyrodzony.* Vng. *Termeszetes.* An. *Naturall, belōging to nature.*] Cic. 2. de Divin. Quæ nos si velim scribere quid, aut legere, aut canere, vel vice vestibus aut geometricū quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare, somniumne expectandum sit. Ibidem: Physicos disputandi subtilitas. Idem 2. de Nat. deor. Rationibus physicis constituere aliquid.

Phỹsĭcus, ci, substantivum, m. s. Qui physicen perdidicit, rerum naturalium investigator. [φυσικὸς. Gall. *Physicien, qui entend les choses naturelles.* Ital. *Che intende le cose naturale, fisico.* Ger. Ein Naturkundiger / ein verstendiger der gehaimnussen der Natur. Hisp. *Fisico.* Pol. *Ktoś przyrodzonych nauk.* Vng. *Termeszet tudo.* Ang. *He that vnderstandeth thinges naturall.*] Cic. 1. de Natur. deor. Sed tu hoc physice nō vides, quàm blanda cōciliatrix, & quàm sit læna natura. Ibidem: Non puderigitur physicum id est, speculatorem, venatoremque naturæ, ab animis consultatores imbutis petere testimonium veritatis? Idem secundo de Divinatione: Quod video physicis placuisse: eisque maximè, qui omne quod esset, unum esse dixerunt.

Phỹsĭcă, corū, n. s. [φυσικα. Ger. Bücher so von Natürlichē dingen handlen.] Ipsa naturalis philosophia, sive opus rerū naturā pertractans. Cic. 1. de Orat. Oratorem ne physicorum quidem artium expertē volo. Idem 1. de Finib. Epicurus in physicis quā maximè gloriatur, totus est alienus. ❧ In eadē significatione dicimus physica, cę. φυσικα, præsertim pro disciplina ipsa naturalī nā pro opere eam pertractāte usitatiùs neutro plurali numero: unde physica Aristotelis, rectiùs dixeris, quàm physicam. Cic. 1. Acad. Sed enitar ut Latinè loquar, etsi in ejusmodi verbis non Philosophiam aut Rhetoricam, aut Physicam, aut Dialecticam malim appellem. Idem 3. de Finib. Ad eas virtutes Dialecticam etiam adjungunt & Physicam.

Phỹsĭcē.

*Phy*ſ*ice*, penult. corr. Naturaliter, phyſicorum more. [*φυσικῶς*. Gall. *Naturellement*. Ital. & Hiſp. *Naturalmente*. Ger. *Natürlicht/* nach *der natürlichen Meynung*. Pol. *Według przyrodzenia*. Vn. *Termeszetnek rendi, természet tudók meggyzése*. Ang. *Naturallie*.] Cic. 3. de Nat. deor. Eodemque tempore illa omnia quæ à te Phyſicè dicta ſunt de vi ignea, deque eo calore, &c. Idem 1. de Divin. Sed id quod phyſicè dicitur.

Phyſiognomi, æ, f. p. [*φυσιογνωμία*. Ger. *Die kunſt/da einer auß anſehung des Angeſichts/eines Menſchen natur und art erforſchen und erlernen kan.*] Ars qua natura hominum ex corpore vultuque cognoſcitur.

Phyſiognōmus, mi, pen. prod. vel Phyſiognomon, onis, [*φυσιογνώμων*. Ger. *Ein kunſtreicher Meiſter der auß dem Angeſicht urtheilt/ was eines natur vnnd art ſey.*] qui hominum mores ex corpore, vultuque cognoſcit. Cic. de Fato: Quid Socratem, nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu fronte perniſceret.

Phyſiologĭa, *φυσιολογία*. Rerum naturæ inquiſitio, diſceptatio de ea cujuſvis natura. Cic. 1 de Nat. deor. Hunc tu cenſes primo ut dicitur labris guſtaſſe phyſiologiã: id eſt, naturæ rationem, qui quicquam quod ortum ſit, putet æternum eſſe poſſe? Phyſiologus, *φυσιολόγος*, rerum naturæ perſcrutator.

Phyſionus, id eſt, bene mentulatus. Nam *φύσις* follem ſignificat, Græcè *ὁ φυσῶν* mentulam.

Phytobaſile, Leontopodion apud Dioſc. lib. 4. cap. 12.

Phython, ſive Phiton, Vide PYTHON.

F ante I.

PICEN. In notis antiquorum Piceni. PIENT. pientiſſimus. P.IR. Populus, vel Publius irrogavit. P.I. R. Populum jure rogavit. P I V. vel I. principi juventutis.

Piabilis, Pincularis, Piaculum, Piamen, Piator, Piatrix, Vide PIO.

Pĭca, æ, f. p. quanvis fœminino videatur à picus, longè tamẽ diverſę ſignificationis eſt. [*κίσσα*. Gal. *Vn oiſeau appellé pie*. Ital. *Gazza, gazzuola*. Germ. *Ein Agſt oder Negerſtem*. Belg. *Een Ekſter*. Hiſp. *La pega à picaça*. Pol. *Sroka*. Vn. *Szarka*. Ang. *A pie birde*.] Nam avis eſt magnitudine palumbę, aliis vario colore, & præſertim cæruleo depictis, humana imitans verba. Mart. lib. 14: Pica loquax certa dominũ te voce ſaluto: Si me nõ videas, eſſe negabis avem. In has ăves fabulantur Poëtæ mutatas eſſe Pierides, indeque illis priſtinam loquacitatem, humanęq; linguæ ſtudium remanſiſſe. Ovid. 6. Metam. Plangere dumq; volunt per brachia mota levatæ, Aëre pendebant nemorum convitia picæ: Nunc quoq; in alitibus facundia priſca remãſit, Raucaque garrulitas, ſtudiumq; immane loquendi. ¶ Eſt & alterum picæ genus quod Plinius teſtatur ſua ætate ab Apennino Romam verſus cerni cœpiſſe, longa inſigne cauda, & à Romanis varium appellatum fuiſſe. ¶ Pica etiam in gravidis dicitur pervertiſſe abitu earum rerum appetitus, qui à Græcis quoq; *πίσσα* vocatur. Vide in dictione MALACIA.

Picatus, a, um, Vide PIX.

Picĕus, a, f. p. [*πίνος*. Gall. *L' arbre d' où decoulte la poix reſine*. Ital. *Pino del quale ſi cava la pece*. Ger. *Ein Rot thannen*. Hiſp. *El pino de que ſe haze la pez*. Pol. *Cyſa*. Vng. *Zurok, amely fenyõ b viaſztermõ ſeyſſa*. Ang. *A reſin tree whereof the reſin droppeth out*.] Arbor eſt lino ſimillima, folio brevi tædæ proximo, craſſiore tamẽ duriore q; ut cupreſſis, immortali virore: ad laricis verò comam cultu, rariore, ſicciore, tenuioreque. Ramos habet ſtatim ab radice modicos, velut brachia, lateribus inhærẽtes: materiem verò abiegi proximã. Frequens in Alpibus Cottiis viſitur, fundens reſinam thuri adeò ſimilem, ut pro eo ſæpè fallat, odore non omninò ingrato. Nuces fert pineis ſimiles, ſed minores, ut & tota arbor pino humilior eſt gracliorque. Vide plura de hac arbore apud Plin. lib. 16 cap. 10. Theophraſtum lib. 3. cap. 10 & Dioſcorid. lib. 1. cap. 86.

Picĕaſter, ſtri, *πίνος ἀγρία*, Picea ſylveſtris, Hiſpaniæ familiaris, ex qua fit reſina parum laudata. Plin. lib. 14. cap. 20: Fit è picea reſina, in Hiſpania autem è piceaſtris minimè laudata.

Piceus, Pico, Vide PIX.

Picrachiera, à Galeno dicitur medicamenti genus amarum. a Nam *πικρὸν* Græci dicunt amarum. A` Barbaris ineptè vocatur *Hiera picra*.

Picras, Andreſace apud Dioſc. lib. 3. cap. 151.

Picris, *πικρίς*, Lactucę vel cichorii agreſtis genus, quod ita appellavere (ut inquit Ptol. lib. 19. cap. 8.) cum exprobratione amaritudinis.

Picrochŏli, *πικρόχολοι*, In quibus abundat flavabilis, quæ amare ſe conſuevit. Hippocrates de ratione victus.

Pĭcta, æ, & Pictura, æ. Picturatus, Vide PINGO.

Picumnus, *πικούμνος*, Avis eadem cum pico Martio, teſte Nonio. Item Deus quidam qui ſacris Romanis adhibebatur. Aemilius Macer in Theogonia, Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur.

Pĭcus, m. f. Avis eſt exigua aduncis unguibus, Martiæ ſacra exiſtimata, unde & Martium cognominarũt. [*δρυοκολάπτης*. Gall. *Vn oiſeau appellé pouvert, ou pic, ou piumart*. Ital. *Picozo*. Germ. *Ein Specht*. Hiſp. *El pico*. Pol. *Dzięcioł*. Vng. *Harkaly*. Ang. *A little bird which ſeaketh the meat vnder the bark of trees*.] Hic felium more arbores in ſubrectũ aſcendit, percuſſiq; corticis ſono pabulum ſubeſſe intelligit. Pullos in cavis arborũ educat cuneosq; à paſtoribus cavernæ ori impactos, admota herba quadã expellit. ¶ Præterea picos Romani veteres vocabant quos Græci *gryphas*, beluas quadrupedes, auritasq;, viſu & forma terribiles, corpore leonino, roſtro, alis, pedibus, aquilis ſimiles. Habitare in Hyperboreis mõtibus in Aſiatica Scythia ferũtur, ubi aurum & gemmę naſci perhibentur, ibiq; tanta rabie in homines deſævire, ut terrã ipſam inhabitabilem faciant, quaſi geniti eſſe videantur ad plectendam avaritiæ temeritatẽ. Plaut. in Aulul. Picos divitiis qui aureos montes colunt; ego ſolus ſupero. Plin. lib. 10 cap. 49. fabuloſa exiſtimat quæcunq; de gryphibus commemorabantur.

Pĭĕtas, atis, f. t. Eſt debitus cultus erga Deũ, patriam, & parentes, eosq; qui nobis parentũ loco ſunt colendi. [*ἐυσέβεια, θεοσέβεια, φιλοτεκνία*. Gall. *Pieté, religion, le devoir qu' on doit à Dieu premierement, & apres à ſes pere & mere, enfans, & autres prochains*. Ital. *Pietà, culto debito verſo Dio, padre, madre, figliuoli*. Ger. *Gebürende ehrerbietung vnd liebe gegen Gott inſonders/demnach auch gegen Vatter/Mutter/vnd anderen nehen Menſchen/ Gottesforcht/ frombkeit*. Belg. *Godtvruchtheyt*. Hiſp. *Piedad, religion y acatamiento de Dios, de padre y madre y de la patria*. Pol. *Pobożność*. Vn. *Iſtenfelet, kegyeſſeg*. Ang. *Pietie, godlines*.] Pietas (inquit Auguſtinus) propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci *θεοσέβειαν* vocant. Et ſic à Cicerone accipitur, quũ inquit pro domo ſua: Nec eſt ulla erga deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mente opinio, quum expeti nihil ab iis quod ſit injuſtum, atq; inhoneſtũ arbitrere. ¶ Sumitur etiam latiùs (ut diximus) nomen pietatis, ut amorem complectatur filii erga parentes & propinquos, & civis erga patriam, quæ cõmunis omnium civium eſt parens. Cic in Somnio Scipionis: Cole Pietatẽ, quę quũ ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt. ¶ Eſt aũt pietas abſtractũ ab adjectivo pius, quod propriè de eo dicitur qui Deũ, patriam, parentes, & qui parentũ loco ſunt, juſto cultu proſequitur. ¶ Hujus contrarium eſt Impietas, quę ab injuſtitia ſic diſtingui ſolet, quòd illa in Deum, hæc dici in homines poteſt. Per illam contemplatione delinquitur: hac opere & factis peccatur. ¶ PIETAS enim à Romanis dea putata eſt: quæ ædem habuit Romæ eo in loco ubi poſtea Marcelli theatrum extructum eſt. Autor Plin. lib. 7. cap. 36.

Pĭus, a, um, Propriè dicitur de eo qui Deũ, patriam, & parentes, & eos qui parentũ loco ſunt, juſto cultu proſequitur. [*ὅσιος, εὐσεβὴς, θεοσεβὴς*, &c. Gall. *Devotieux, religieux qui rend le devoir à Dieu, ſes pere & mere, & autres prochains*. Ital. *Pio, chi ſa ſua debita verſo Dio, padre & madre, come ſi apartiene*. Ger. *Gottſeliche tig/from/der Gott vnnd den Menſchen gebürende pflicht thuet*. Hiſp. *Pio, catholico*. Pol. *Pobożny, dobry*. Vng. *Iſtenfelé, iſtenes*. Ang. *Godlie*.] Virg. 3. Georg. Diu meliora pius. Cic. 3. Offic. Ipſi patriæ cõducit, pios habere cives in parentes. ¶ Accipitur nõnunquam pius pro miti, leni, & miſericorde. Terent. in Hecyr. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. ¶ Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt ut & Deus ipſe dicatur pius: quem tamẽ Græci nullo ſuo ſermonis uſu *ἐυσεβῆ* vocant: quanvis *ἐυσέβειαν* pro miſericordia, illorum etiam vulgus uſurpet.

Pĭe, adverb. Religioſè, ſanctè, caſtè. [*ἐυσεβῶς, θεοσεβῶς*. Gall. *Religieuſement*. Ital. *Piamente*. Ger. *Gottſeliglich/frombtlich*. Hiſp. *Piamente*. Pol. *Pobożnie*. Vng. *Zentül iſtenöſſul*. Ang. *Godly, mitchgodlines*.] Plin. in Panegyr. Civitas religionibus dedita, ſemperque deorum indulgentiam piè merita. ¶ Interdũ ponitur pro benignè & clementer. Cic. ad Martium, lib. 11. Epiſt. Alia quæ defendam à te piè fieri & humanè.

Pĭens, *εὐσεβὴς*, à pio, pias, quum ſignificat piè amo. A` quo pientior, pientiſſimus: Piens tamen in uſu non eſt.

Pigĕr, gra, grum, Tardus, ſegnis, fugitans laboris. [*βαθύλ, ὀκνηρός, ἀργός*. Gal. *Pareſſeux*. Ital. *Pigro, tardo, da poco, ad dormentato, infingardo*. Ger. *Faul/träg/der allerley arbeit fleucht*. Belg. *Luy/ traech*. Hiſp. *Perezoſo, ocioſo*. Pol. *Leniwy, niechętny, gnuśny*. Vn. *Reſtl*. Ang. *Sleuth full, ſlaw*.] Cujus contrarium eſt impiger, ut Pigra familia apud Plaut. in Moſtel. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: -arq; piger ſcribendi ferre laborem Scribendi rectè: nam ut multum, nil moror. Perſius Sat. 5: Mane piger ſtertis. Cic. Trebatio, lib. 8: Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. ¶ Ad aquæ curſum tranſtulit Col. lib. 2. cap. 2: Nullum enim temerè videmus locum qui modò pigrum teneat humorem, &c. Jungitur aliquãdo accuſativo cum præpoſitione Ad. Cęlius ad Cic. lib. 8: Et ad literas ſcribendas, ut noſti, pigerrimo.

Pigrĕ, adverb. Pigrius, pigerrimè. [*ὀκνηρῶς, ἀργῶς*. Gall. *Pareſſeuſement*. Ital. *Pigramente*. Ger. *Faultlich/langſamlich*. Hiſp. *Perezoſamente*. Pol. *Niechętnie*. Vng. *Reſtlen*. Ang. *Slouthfullie, ſlawlie*.] Plin. lib. 10.

lib. 10. cap. 34: Pigrius intrante fœmina ad pullos.

Pigritia, æ, p. Ignavia, lentitudo, tarditas. [עַצְלוּת *batslûth.* ἀργία. Gall. *Paresse* Ital. *Pigritia.* Ger. Faulheit/ tragheit/ langsame Hisp. *Pereza, enojo.* Pol. *Gnuśność, niedbałość.* Ang. *Slouthfulnesse, idlenesse, slothfulnesse.*] Cic. 1. Offic. Efficiendum autem est ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant. Liv. 1. ab Vrbe: Vnde quū pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur a bellicoso rege.

Pigritĭēs, ei, Pigredo, inis, Pigritudo, & Pigritas, ejusdem sunt significationis.

Pigrŏr, aris, d. p. Moror, cunctor, differo. [עָצַר *pighghêr. ἐκκρίω, μέλλω.* Gall. *Paresser, estre paresseux.* Ital. *Impigrire.* Ger. Von faulheit wägen verziehen. Hisp. *Emperezar.* Pol. *Leniuśmem przedłużam.* Vng. *Reitel, Lódom, molasztyok.* An. *To be slowe in doing of a thing.*] Cic. Att. lib. 14: Tu quæso quicquid erit novi, (multa autè expecto) scribere ne pigrere: id est, ne moreris. Lucr. lib. 1: Quòd si pigraris, paulúmve recesseris ab re. ¶ Invenitur & Pigreo, es, pigui sum. Cornutus in Persium: ô qui tam inepte pigres & ad hanc dissolutionem lapsus es!

Pigrĕsco, is, n. t. Pigrefio, & lentus. [עָצַל *pighghêr. ἀνοκνῶ γίνομαι.* Gal. *Deuenir paresseux.* Ital. *Impigrirsi, diuenir pegro.* Ger. Faul vnd langsam werden. Hispan. *Emperecerse, serotinoso.* Pol. *Lenieie.* Vng. *Meg reitelódik.* An. *To waxe slow and dull.*] Plin. lib. 18. cap. 2: Mox pigrescit, in Virginem transgresso Sole. De Ndo.

Pigro, as, Antiqui dixerũt pro cũctari & tardare. *ἀτίζω.* Accius in Chryse: Melius pigrasse quàm properasse, est nefas. Nonius.

Pĭgĕt, verbum impersonale, piguit, & pigitum est, Dolet sive molestum est. [עָצַב *katz. μεταμέλομαι.* Gall. *Estre paresseux de faire, estre marri & dolent d'auoir fait.* Ital. *Rincrescere, essere molesto.* Ger. Es verdreusst/ es beschwärt oder bedauret. Belg. Het verdriet. Hisp. *Hauer dolor o vergueença.* Pol. *Mierzimie.* Vng. *Ki bellim.* An. *To be loth to do a thing to be sorie or prepent after it is done.*] Stat. lib. 7. Theb. Nec pigitum parvosq; lares, humilesq; subire. Cõstruitur autem ferè cum accusativo & genitivo, nisi loco genitivi infinitum verbum positum sit. Ovid. lib. 2 Metam. pigetque Actorum sine fine mihi sine honore laborũ. Cicer. pro Domo sua: Vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. Plaut. Non cedisse te pudet: me quia nõ accepi, piget. ¶ Differt autem piget à pudet, teste Donato, quòd pudet de iis dicatur quæ turpiter fiunt. Piget de iis quæ cum damno & malo. Pudere ad dedecus refertur, Pigere ad dolorẽ. Vide plura de hoc in verbo PVDEO. ¶ Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni solet, inquit Festus.

Pĭgĕo, es, verbum personale, legitur apud Plautum in Menech. Adolescens loquere mihi tuum nomen, nisi piget. Idem Pseudolo: Id quod pudet facilius fertur quàm id quod piget. Terent. in Phorm. Quare obsecro, ne plus minusve faxit, quod nos postea pigeat.

Pĭgendŭs, a, um, Ovid. Epist. 7: Si fuit erraneũ, causas habet error honestas: Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

Pigmĕntum, ti, n. t. Quo uruntur puellæ ad gratiam & venustatem oris conciliandam, qualis est cerussa, aliiq; id genus fuci quibus mulierculæ cutis candorem, aut ruborem inducunt. [שָׁרֵק *puch* רֵקַח *rekach* מִרְקַחָה *merkachâh. φάρμακον.* Gall. *Fard, peinture, couleurs, fardement.* Ital. *Belletto, lisscio.* Ger. Farb mit deren sich die Weyber bestreichen/ ein schöne Farb damit zu machen. Hisp. *Color para la pentura.* Pol. *Farmuska.* Vng. *Kendőz, gyönyörűség szer.* Ang. *Painting that women vse.*] Plaut. in Mostel. Nõ illanc æratẽ oportet pigmentum ullum attingere. Plin. lib. 26. cap. 43: Nuperq; portentosis ingeniis principatu Neronis invẽium ut pigmentis perderet se. ¶ Per translationem verò pigmenta dicuntur mendacia & fraudes: quia ejus qui pingitur non est naturalis color, sed artificialis. Cic. lib. 2. de Orat. Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis, fucoq; puerili, ut mihi non solùm tu incendere judicem, sed ipse ardere videaris. ¶ Quandoq; significat colores pictorum, de quibus Plin. lib. 35. cap. 5. Cic. 1. de Divin. Aspersa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt. Plaut. Epid. Quem Apelles, Zeuxisq; duo pingent pigmentis ulmeis. ¶ Accipitur etiam quandoq; pro confectione ex diversis speciebus, suavi & odorifera: unde pigmẽtarii dicti, de quibus paulò pòst. ¶ Quãdoq; etiam pro coloribus rhetoricis. Cic. de Clar. Orat. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum quæ inventa nondum erant, florem & colorem defuisse.

Pigmĕntārĭus, rii, m. s. qui facit vel vendit pigmenta. [רֹקֵחַ *rokiach. φαρμακοπώλης, μυροπώλης.* Gall. *Parfeur ou vendeur de fard.* Ital. *Accomodatore à vendatore di belletto.* Germ. Der allerley Farben macht vnd verkaufft. Hispan. *Que hace ò vende color para la pintura.* Pol. *Czyn przedawca, albo czyni farmuske.* Vngar. *Kendőz, gyönyörűség szer arus.* Ang. *He that maketh or selleth such painting colour.*] Iulius Firmicus 1: Quicunque habuerit horoscopum in parte Libræ vicesima septima, erit pigmẽtarius, vel thurarius. Cic. Accius pigmẽtarius valde gaudebat se adversarium perdidisse. ¶ Pigmentarius item ponitur pro pharmacopola: id est, medicamentorum venditore. Marcian. l. 3. D. ad leg. Cornel. de Sicar. Alio Senatusconsulto effectum est, ut pigmẽtarii si cui temerè cicutam, salamandram, &c. Fortassis Pharmacopolarum mancipia hæc pars quædam est, ut ea quæ ad pigmenta pertinent, dividendant. Hotom.

Pigmentātŭs, tata, tatum. [Polon. *Barwa oblokiem.*] Quod est pigmentis ornatum. *πεφαρμακωμένος.* Hieronymus ad Paulum: Totum flaccidum, molle, nitidum, atq; formosum, quasi ex hinc inde odoribus pigmentatum.

Pignatoxaris, Veratrum album, apud Dioscor. lib. 4. cap. 151.

nera vide apud Plin. li. 9. cap. 20. ¶ Per metaphoram polypus accipitur pro homine rapace: quod à polypo pisce translatū est, qui quicquid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctissimè retinet. ¶ Nonnunquam polypum dicimus omnium horarū hominem, qui se omnium ingeniis omnic̄, tempori novit accommodare: ea quoque metaphora à polypi piscis natura sumpta, qui ad similitudinem loci, cui adhæret, colorem immutat, maximè in metu. ¶ Est etiam polypus natiū morbus, quum cāro interiora nasi occupat, à multifida incisione, qua polypi piscis pedes imitari videtur. [Gall. *Vn morceau de chair qui croist dedans le nez, poulpe.* Ital. *Malatia nel naso.* Ger. Ein geschwär der Nasen / ubertig fleisch in der Nasen. Hisp. *Dolencia en las narizes, carne de pulpo.* Pol. *Kanciger nanesie.* Vng. *Az orrnak nove elzaladasa.* Ang. *A peece fleshe which groweth in the nostrels.*] Morbi hujus descriptionem & remedia vide latiùs apud Celsum lib. 6. cap. 8. Cato de re Rustic. Etsi polypus in naso introierit, brassicam erraticam, aridam, tritam in malum conjicito, & ad nasum admoveto.

Pōlypōsus, Qui eo morbo laborat. [πολυπώδης. Gall. *Celuy qui a vne poulpe au nez.* Ital. *Chi ha tal malattia nel naso.* Ger. Der ein solches geschwär in der Nasen hat. Hisp. *Doliente de tal enfermedad en las narizes.* Pol. *Ten ktory ma na kanciprowany.* Vng. *Orra való.* Ang. *That is sick by flesh growing in the nose.*] Martial. lib. 12: Nasatum volo, nolo polyposum.

Polyrrhizon. Epimedium apud Dioscor. lib. 4. cap. 22: Polyrrhizon Pistolochia: id est, Aristolochia, species quarta: à quibusdam etiam Satyrion: de quo vide Barbarum in Corollario Aristolochiæ, Polyrrhizon Polypodum apud Dioscor. lib. 4. cap. 108. Polyrrhizon pteris apud Dioscor. li. 4. cap. 196. Polyrrhizon verattum nigrum apud Dioscor. lib. 4. cap. 152.

Pōlysyndĕtōn, pen. corr. πολυσύνδετον, Figura quum sermo multis conjunctionibus concatenatur. Virgil. 3. Georg. -tectumq; laremq; Armaq;, Amycleumq; canē, Crassamq; pharetram: Dictum polysyndeton, ἀπὸ τοῦ πολλοῖς συνδέτοις χρῆσθαι: hoc est, à multitudine conjunctionum.

Polysyntheton, pen. corr. πολυσύνθετον, Figura quum sententiæ multorum articulorum convenienti copiâ continentur: ut Ille hunc pœna consti-ctum trahebat: hic autem vociferabatur: concursus verò non mediocris erat: quum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet, neq; ibi magistratus aderat, neq; circumspicientes, quò pousssimùm confugeremus, reperiebamus. Rutilius Lupus.

Pōlytrichŏn [πολύτριχον. Gall. *Capillus Veneris, polytricon.* Ital. *Capel Venere.* Ger. Mancherauten vnd Adthon. Hisp. *Polytrico.* Pol. *Marka boyer tal'eko, albo vkrzepek.* Vng. *Asna leanyi, hajas.*] Herba est quæ alio nomine Callitrichon dicitur, quòd multos & pulchros nutriat capillos. Dioscorides adiantum appellat, vulgus *Capillum Veneris.* Legitur & nominativus polytrix. Plin. lib. 20. cap. 14: Polytrix iisdem inveteratis utilior.

Pōlyzōnŏs πολύζωνος, Gemma nigra multis zonis candicantibus distincta. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pomārĭum, vide Pomum.

Pomĕrĭdĭānŭs, a, um, à post & meridies, Quod post meridiem fit: sicut antemeridianus, quod fit ante meridiē [μεσημβρινοῦ. Gal. *D'apres midi.* Ital. *Doppo mezzogiorno.* Ger. Nachmittägig. Hisp. *Despues de medio dia.* Pol. *Vdaiowy.* Vng. *Ebed valami.* Ang. *After none.*] Cicero 3. de Oratore: Atque hujus ambulationis antemeridianę, aut nostræ pomeridianę sessionis. ¶ Dicitur & postmeridianus. Quintil. li. 3. cap. 1: Postmeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriā cœpit.

Pomĭfĕr, vide Pomum.

Pomĭlĭōnes: sive Pomili. [גמדים *ghammadhim.* Gall. *Nains ou naintres.* Ital. *Nani.* Ger. Zwerginnen: Erdmännlin. Hisp. *Enanos.* Pol. *Karlik, niedarosl'ek.* Vng. *Kutak emberek, licskemberek.* Ang. *Men of little stature.*] Brevis staturæ homines, paulùm supra terram extantes, qui Græco vocabulo πυγμαῖοι vocantur: quales describit Martialis lib. 14. hoc districho: Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas: Si stantem videas, Asthanacta putes Ibidem: Hęc quæ sępè solet vinci, quę vincere rarò Parma tibi, scutum pomilionis erit. ¶ Legitur & Pomilius adjectivum, ut Mulæ pomiliæ apud eundem in titulo hujus Epigrammatis: His tibi de multis non est metuenda ruina, Altus ut in terra penè sedere soles. Sunt tamen qui malint scribere pumilio, & pumilias per quintam vocalem. Vide infrà

Pōmœrĭum, n. f. [Sic ibid. vt μωμήσεται, alias vt ἀναίτιος τόγχει, & vt μετὰ τόγχ. Gall. *Certaine espace entour les murs d'vne ville tant dedans que dehors, où il n'est loisible edifier.* Ital. *Spacio tra le mure & il fosso della citā.* Ger. Ein Zwingraum / die weite zwischen und ausserhalb der Ringmawr. Hisp. *La ronda entre los muros y cassas.* Pol. *Miedzymurze, podmurze.* Vng. *Kűl fal melleke, kertes melleke.* Ang. *A space betweene the walles of a cittie, as well within as without where it was not permitted to build.*] Locus erat tam intra quàm extrà murum, quem antiqui in condendis urbibus inaugurato consecrabant: neq; patiebantur ullam in eo fieri ædificium. Dictū pomœrium, teste Varrone, quasi postmurium. Nam antiqui *murum* dicebant quem nos *murum* dicimus. Hinc legūt nonnulli apud Virg. 10. Aeneid. -atq; ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum. Liv. lib. 1: Aggere & fossis, & muro circundare urbem, pomœrium profert. Idem: Pomœrium est circa murū locus, quem in condendis urbibus quondam Hetrusci quā murum ducturi erant, certis circa terminis augurato consecrabāt. Et hoc spatium quod neq; habitari, neq; arari fas erat, nō magis quod post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœriū Romani appellarunt, & in urbis incremento, quantum mœnia processura erant, tantū termini hi consecrati proferebantur. Festus: Pomœrium quasi promurium: id est, proximum muro. Gellius lib. 13. cap. 14: Pomœrium quid esset. Augures populi Romani qui libros de auspiciis scripserūt, hujusmodi sententia definierunt: Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, ponè muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii. Antiquissimum autem pomœrium quod ab Romulo institutum est, Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomœrium pro incrementis Reipublicæ aliquoties prolatum, & multos editos q; colles circumplexum est.

Pŏmpa, æ, f. p. [πομπή. Gall. *Pompe, monstre, apparoil, Chaue.* Ital. *Pompa, solenne apparechio.* Germ. Eine prachtliche rüstung / oder auffzug: Schawspiten: Processen / vnd dergleichen dinge. Hisp. *Pompa, aparato.* Pol. *Pompa, pokazanie.* Vng. *Pompa kerwelet.* Ang. *A solemne sight or shew.*] Omne spectaculum dicitur, teste Varrone lib. 4. & apparatus solennis, cum ostentatione & specie quadam triumphi, tàm in adversis quàm in prosperis & lætis, à Græco πέμπω, mitto. Dicitur enim pompa triumphi, pompa supplicium, pompa sacrorum, pompa funerum. Cicer. 1. Offic. Ut pomparum ferculis similes esse videamur. Idem 4. Tusculan. Socrates in pompa quum multa vis auri argentique ferretur, quàm multa non desidero inquit. Idem pro Milone: Cadaver P. Clodii spoliatum exequiis, pompa, laudatione. ¶ Terent. in Heaut. Prolixum mercetricis comitatum pompam appellavit: Transeundum, *inquit*, est nunc tibi ad Menedemum & tua pompa cò traducenda est. ¶ Deniq; splendor omnis & magnificentia per translationem pompa appellatur. Quintus Cicer. de Petit. Consul. Postremò tota petitio cura ut pompa plena sit, ut illustris, ut splendida, ut habeat summam ipsam dignitatem.

Pŏmpālis adjectivum. [Vn. *Pompæ.*] Iul. Capitol. in Gordiano: Erat quidem longitudine Romana, canitie decora & pompali vultu, rubet magis quàm candidus.

Pŏmpābĭlĭtĕr, adverb. [Vn. *Pompaticum pompamq; faciens.*] Iul. Capitol. in Galieno: Gladiatores pompabiliter ornati.

Pomphŏlyx, pen. corr. [πομφόλυξ. Pol. *Bulla na kalinie.*] Præter vulgatam illam significationem qua apud Græcos bullam significat, etiam fuliginem significat albam, in officinis potissimùm craniis è fornacibus evolantem, summisq; camminatibus, vel etiam officinę testudini adhærentem. Nomen habet à verbo πομφολύζω, quod est bullis effervesco, eò quod camoris, summisq; fornacibus inæqualiter adhærens, quandā bullarum speciem præbeat. ¶ Invenitur etiam Pomphola nativa inter lapides metallicos, similis iis filis quę Aurūm præsertim tempore sereno cœlo per aërem volitant. Prioris meminit Galen. lib. 9. Simplicium. Vtriusq; autem Agricola in tractatu de Metallis.

Pompĭlŭs, li, m. f. Piscis genus, qui alio nomine vocatur Nautilos, quòd navis speciem præ se ferat. ναυτίλος. Plin. lib. 9. cap. 29: Inter præcipua aūt miracula est qui vocatur nautilos, ex aliis pompilos. Supinus in summa æquorum pervenit, mira paulatim subigēs, ut emissa omni per fistulā aqua, velut exonerato sentina, facilè naviget. Postea duo prima brachia torqueos, membrānam inter illa mirę tenuitatis extendens quæ velificante in auras cæteris subremigans brachiis, media exadat, ut gubernaculo se regit. Isa vādit alto Liburnicarum gaudens imagine: & si quid pavoris intervenerit, hausta se mergens aqua.

Pomponĭānă pyra, dicebantur ab insitore, māmosa cognominata, à similitudine mammæ. Autor Plin. lib. 15. cap. 15.

Pōmum, mi, n. f. Generale nomen est omnium fructuum qui in arboribus efui apti proveniūt, sive mollium, sive durorum [μῆλα τὰ ἐπὶ δένδροις φύομενα, ἐσθίμενα. Gal. *Pomme, et autre fruit bon à manger.* Ital. *Orni frutto da mangiare.* Ger. Ein jede öffig: baumfrucht. Bel. Ein Appel. Hisp. *Toda fruita que tiene la corteza tierna.* Pol. *Wszelkie iabl'ka, albo owoc̄ drzewiste.* Vng. *Legyen bar gyumölcs, alma.* Ang. *An apple or other fruit good to eat.*] Nuces verò ea dumtaxat poma vocantur duro quæ operimento sunt. Plin. lib. 15. cap. 22, nuces pomorū genere comprehendit, & mōta, cap. 24. lib. & Ovid. lib. de Nuce: Annua cultori poma referre soo. Quod aūt vulgus Gallorū *pomum* vocat, id Latini malum appellant. Dictum pomū (ut docet Varro lib. 1. de Re rust. cap. 7.) quod potionum, quòd ejus initio potandi est, à potione indigit.

Pomum,

Pōmūs, pomi, fiem. gen. f. Arbor pomifera. [תּפּוּח *tappûah.* ἀπίον. Gall. *Pommier.* Ital. *Melo, pomaro.* Ger. Ein öpffelbaum. Hisp. *El manzano.* Pol. *Iabłon.* Vng. *Almafa.* Ang. *An apple tree.*] Tibullus lib. 2. Eleg. Tunc victus abiete fera: tunc condita pomis Tunc bibit ignigua fertilis hortus aquas.

Pōmārium, tii, n. f. Locus arboribus pomiferis cōsitus. [פַּרְדֵּס *pardês.* μηλεών. Gall. *Iardin planté de pommiers.* Ital. *Giardino, luogo piantado di pomari.* Ger. Ein Baumgarten. Bel. Een Appelhof. Hisp. *Huerto plantado de arboles como manzanas.* Pol. *Ogrod iaßadzo-ny owocami.* Vng. *Gyumölcz kert.* Ang. *An orchard.*] Propert. lib. 3: Nec mea Phæacas æquant pomaria sylvas. Ovid. libro 4. Metamorph. Id metuens solidis pomaria clausit Atlas Mœnibus. ¶ Aliquando pomariū dicitur locus ubi ponuntur poma. [ὀπωροφυλάκιον. Gall. *Lieu propre à garder fruicts.* Ital. *Luogo da guardar frutti.* Ger. Ein Opstammer/ein ort in welchē man allerley Opß hinbehaltet. Hisp. *Lugar para gardar la fruta.*] Plin. li. 15. cap. 16. docet pomaria contabulata facienda in loco sicco & frigido, in quibus sint fenestræ Septentrionales quæ serenis diebus pateſcant.

Pōmārius, ii, m. f. Pomorū venditor. [ὀπωροπώλης. Gal. *Fruitier, vendeur de fruicts, comme pommes.* Ital. *Colui che vende pomi.* Ger. Ein Opstentauffer. Hisp. *El que vende la fruta a dellos.* Pol. *Przekupień iabłek.* Vng. *Gyumölcz árrus.* Ang. *A seller of fruite.*] Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Edicit piscator uti pomarius, aucupi, Unguentarius, ac Tusci turba impia vici Manc domum veniant.

Pōmĭfĕr, ra, rum, adjectivum, Ferens poma: [μηλοφόρος. Gall. *Portant pommes, portant fruicts.* Ital. *Che produce pomi.* Ger. Opßtra-gig. Hisp. *Cosa que trahe ò cria aquella fruta.* Pol. *Owocze rodzący.* Vng. *Gyumölcz hozo.* Ang. *That beareth or bringeth forth apples or fruite.*] ut Arbor pomifera. Columel. lib. 5. cap. 9: Supereſt nunc pomiferarum Arborum Autumnus pomifer, Ovidius ad Pisonem. Annus pomifer, Horat. 3. Carm. Ode 23. Montes pomiferi, Ovid. 1. de Ponto.

Pōmōsus, a, um, ut Pomosa corona. [ἐπιμήκης. Gall. *Plein de pommes.* Ital. *Pieno de pomi.* Ger. Voll Opß oder öpffeln. Hisp. *Lleno de manzanas.* Pol. *Iabłkowy.* Vng. *Gyumölcsös.* Ang. *Full of apples.*] Propert. lib. 3. Eleg. 2: Insitor hic solvit pomosa vota corona, Quam pyrus invito stipite mala tulit.

Pondĕro. Ponderosius, Vide PONDUS.

Pondo, nomen indeclinabile, & neut. gen. Libra: hoc eſt, pondus duodecim unciarum. [מָנֶה *maneh, μνᾶ, λίτρα.* Gall. *Livre & vne liure.* Ital. & Hisp. *Libra.* Ger. Ein pfund. Bel. Een ponth. Pol. *Funt.* Vng. *Egy font.* Ang. *A pound weight.*] Quinctil. libro 6. cap. 4: Torquem aureum centum pondo. Plinius libro 9. capite 30: Reliquiæ asservatæ pependerunt pondo DCC. Calpinus Petottum secutus, putavit pondo esse pōdus duodecim librarum. Sed uterque deceptus est corrupto Livii exemplari. Nam ubi illi legunt, Pondo bina & sex libras, castigatiora exemplaria habent, Pondo bina & selibras. Locus Livii est libro 22. ad quem lectorem brevitatis causa remittimus. Hanc errorem primus notavit Budæus in libro de Asse. ¶ Accipitur nonnunquam pondo pro nomine pondus: unde Livius lib. 4. ab Vrbe, scribit, coronam auream libræ pondo dedicatam fuisse. Plaut. in Rud. Neq; piscium ullam unciam pondo hodie Cepi, nisi hoc quod nunc fero in reti. ¶ Hinc sunt composita Dipondium, vel dupondium, & tripondium: de quibus suis locis.

Pondus, ponderis, n. t. Rei alicujus gravitas. [מִשְׁקָל *mishkâl.* βάρος, ὄγκος. Gall. *Pois, charge.* Ital. *Peso, carico.* Ger. Ein schwäre/ein gewicht. Bel. Swaerte. Hisp. *Peso ò el cargo.* Pol. *Waga.* Vng. *Teher, nehezség.* Ang. *Poise, weight.*] Plaut. in Amphit. Haud malum pondus est huic pugno. ¶ Item pondus, quod librando ad iteram ponderatur. Cic. in Catone Majore: Magnum auri pondus. ¶ Interdum pro numero: hoc eſt, multitudine signatæ. Varro de vita Pop. Romani: E' Græcia comportasse magnum pondus omnium artificum. ¶ Interdum pro autoritate. Cic. Appio: Sed idem scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. ¶ Nonnunquam pro onere. Virgil. 6 Aeneid. gemuit sub pondere cymba.

Pondusculum, diminut. [τὸ μικρὸν, τὸ ὀλιγοστὸν βάρος. Gall. *Petit poix.* Ital. *Piccol peso.* Ger. Ein gewichtlin. Hisp. *Pequeño peso.* Pol. *Wiązka.* Vng. *Terhecske.* Ang. *A little weight.*] Colum. libro 12. cap. 61: Et ita cum sapi pondusculo in olei atque musti partem demitti.

Pondĕrĭtās, atis, antiqua vox. Accius pragmaticōn libro 1: Et sancta fieri cætera jubet illa, non quod ponderitatem gravitatemq; hominis.

Pondĕrōsus, a, um. Quod est grave, sive gravis pondetis. [βαρὺς. Gall. *Pesant, qui poise fort.* Ital. *Grave, que pesa molto.* Ger. Schwär/ gewichtig/ das viel wigt. Hisp. *Cargado ò pesado.* Pol. *Ciężki, mąki.* Vng. *Nehez, terhes.* Ang. *Weightie or ponderous.*] Varro 2. de Re rustica, cap. 11: Ex sudore ejus lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore. ¶ Ponderosam epistolam, dixit Cicero pro longa, & continente multa, ad Attic. lib. 2: Da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modò actorum, sed etiam opinionum tuarum.

Pōndĕro, as, act. p. Pendo, libro. [שָׁקַל *shâkâl* שָׁקַל *pisēs ignus,* ζυγοστατέω. Gall. *Peser.* Ital. *Ponderare, pesare.* Ger. Wägen. Hisp. *Pesar con peso.* Pol. *Ważyć.* Vng. *Megmerem.* Ang. *To weigh.*] Plaut. Dum tumulatius ponderaret argentum. Plinius lib. 18. cap. 7: Siquis granum ipsum ponderet. ¶ Per translationem est examinare, cōsiderare, perpendere. Cic. 2. Offic. Gravi verò homini, & ea quæ sunt, judicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Idem 1. Offic. In quo tamen in primis, quo quisque animo, studio, benevolentia fecerit, ponderandum est. ¶ Hinc componitur præpondero, quod est priùs pondero, seu priùs examino. ὑπερῶπιον. Statius 8. Thebaid. Quem vicisse velit tacitè præpōderat exul. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est prævalere, præcellere, vincere, & quasi pondere superare. Cic. lib. 3. Offic. Neq; ea volunt præponderari honestate.

Pōnĕ, cum accentu in ultima, adverbium est, significans pòst sive retrò, autà tergo: contrarium habet ante, quod etiam quandoq; adverbium est. [אָחוֹר *achôr, ἀπίσω, ὀπίσθεν.* Gall. *Par derriere.* Ital. *Adietro.* Ger. Hindenwer/ dahinden/ hinderwerts. Hisp. *Detras.* Pol. *Nazad, pozadu.* Vng. *Vtannam, hat mege.* Ang. *Behind, on the backeside.*] Virgil. 2. Aeneid. Ponè subit conjux, ferimur per opaca locorum. Valer. Max. lib. 1: Mox humani ingenii prona voluntate vetita scrutandi, ponè respiciens animadvertit immensæ magnitudinis serpentem, concitato impetu omne quicquid obvium fuerat proterentem. ¶ Quandoq; præpositio est, idem significans quod post: cui contraria est ante præpositio. Liv. lib. 40: Ponè castra utriq; pabulatum & lignatum ibant.

Pōno, is, posui, positum, act. 1. Colloco, constituo. [שׂם *sûm* הִנִּיחַ *hinnîgh* הֵנִיחַ *hinnîh. τίθημι, κτίζω.* Gall. *Mettre, poser.* Ital. *Ponere, mettere.* Ger. Setzen/ legen/ stellen. Bel. *Setten/ oprechten.* Hisp. *Poner, meter.* Pol. *Kładę, stawiam.* Vng. *Helyt beyetem, teszem.* Ang. *To put or sett.*] Plinius libro 9. capite 35: Ex præcepto magistri unum tantùm vas ante eam posuêre aceti. Cicer. 7. Verr. Sed quia sic oportuerit, rectè collocata, & judicio populi digno in loco posita esse videatur. Idem Lentulo: Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est. Idem: Primum enim stante Republica facere solebamus, ut in agendo plus, quàm in scribendo operæ poneremus. ¶ Aliquando ponitur pro desinere: quoniam quum cessamus ac opere, collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus. κατατίθεμαι. Virgil. libro 7: Quum venti posuêre, omnisq; repente resedit Flatus. ¶ Aliquando pro erigere, ædificare. Virgil. posuitq; immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus: Bene merenti posuit. ¶ Aliquando pro deponere. Virgil. 1. Aeneid. ponuntq, ferocia Pœni Corda, volente deo. ¶ Aliquando pro apponere. Martial. Nolo mihi ponas ibombum, mullumve bilibrem, Hinc poëtæ fabulas, & alia scripta sua ponere dicebantur, quum in scena hæc spectatoribus, quasi in convivio fercula apponebant. Iuven. Satyr. 1: Ponè Tigillinum: id est, affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum. ¶ Aliquando pingere, sive scalpere. Horat. Solers nūc hominem ponere, nunc Deum; nam de sculptore & pictore loquitur. ¶ Aliquando scribere est. Horat. in art. poet. Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Pers. Satyr. 1: Nugari solitos Græcè, nec ponere lucum Artifices. ¶ Composita sunt, Appono, juxtà pono, addo, παρατίθημι. Cicer. in Pisonem: Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. Idem 2. de inventione: Caupo gladium propè appositum è vagina eduxit. Sæpè etiam idem quod cibum ante convivas pono. Plinius: Nihil ei præter secundarium panem, oleraque apposuit. ¶ Antepono, Præfero. Compōno, Circumpono, & Depono: vide suis locis. ¶ Dispono, ordino, quasi in diversis locis pono. διατίθημι. Hinc dispositio, quæ est rerum in ordinem collocatio. διάθεσις. Dispositum, decretum, constitutum. Vnde ex disposito dicimus: id est, de industria, & quemadmodum à nobis constitutum est. ἐκ παρασκευῆς. Macrob. An altius quiddam cui remotis arbitris opus sit, cogitaturi ex disposito convenistis? ¶ Expono. ¶ Impono, Interpono, παρεντίθημι, παρεμβάλλω. ¶ Oppono, Præpono, Propono. ¶ Postpono, ὑστερίζω, ὑστερῶ, secùs pono, posthabeo, minoris facio. Cicer. F. Tironi: Omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem. ¶ Repono, quod significat, loco suo unde ablatum erat colloco. Cicer. pro Scilio: Hunc Cn. Pomp. cùm in suis castris supplicem abjectumq; vidisset, atque insigne regium quod ille de capite suo abjecerat, reposuit. Nonnunquā est idē quod recondo: ut Scientiā condendi ac reponēdi fructus, apud eundem 2. de Natur. deor. ¶ Sepono, seorsum pono, removeo. διαστέλλω. ¶ Suppono, summitto. ὑποτίθημι, ὑφίστημι. Apuleius: Supponunq; humeros onen. Aliquando adulterium loco veri subjicio. ὑποβάλλω. Vnde suppositus partus. Cic.

tus. ὑποβολιμαῖος dicitur, quando fœtus alterius matris non vere matri subjicitur. Item testamentum supponere, est falsum in locum veri substituere. Plinius: Nam filius patris testamentum suppositisse dicebatur. ¶ Superpono, & suprapono nota sunt, ἐπιτίθημι. ¶ Transpono, de uno loco in alium transfero, μετατίθημι. ¶ Pono olim fecit præteritum posivi. Plaut. Nunc ne apud sequestrum vidulum posivimus.

Pŏsĭtor, oris, verbale, m. t. Conditor. [שׂם *sim. κτιστὴς.* Gall. *Fondateur, edificateur.* Ital. *Edificatore, fondatore.* Ger. Ein erbawer/ stiffter. Item, ein Setzer Hisp. *El que pone, edificador.* Pol. *Budownik, postawiacz.* Vng. *Tsinaio, helyheztő.* Ang. *The layer of a ground, a builder.*] Ovid 9 Metamorph. & in Aside terra Mœnia constituis positoris habentia nomen. Templorum positor, Idem 2. Fastorum.

Pŏsĭtus, participium, Situs, locatus. [שׂום *sim. τεθειμένος, κτιστός.* Gall. *Posé, mis.* Ital. *Posto, collocato.* Ger. Gesatzt/gelegen. Hisp. *Puesto* Pol. *Położony.* Vng. *Helyheztetet, tetet.* Ang. *Sett, put, placed.*] Cic. de Leg. agrar. Roma in montibus posita. Idem pro lege Manilia: Insula Delos in Aegeo mari posita. ¶ Nonnunquam accipitur pro depositus, κατ' ἀφαίρεσιν. Livius 7. ab Vrbe: Positis omnium aliarum rerum curis. ¶ Aliquando pro examinato: sic enim interpretatur Servius locum Virgil. 4. Aeneid. Sic te ut posita crudelis abessem? ¶ Positus super armamentarium: hoc est, præfectus armamentario. Curtius lib. 6: Itaq; non ultra interpolandum ratus, nobili juveni (Metron erat nomen ei) super armamentarium, posito quod sceleris pararetur indicat.

Pŏsĭtūra, æ, f. p. Situs, positio. [תשׂומת *teśiśúmeth. Situs.* Gall. *Situation, assiette.* Ital. *Sito* Ger. Setzung/gelegenheit. Hisp. *Postura.* Pol. *Położenie.* Vng. *Tetel, helyheztetes.* Ang. *Situation or placing.*] Gell. lib. 4. cap. 1: Vt animadverteretur quo habitu, quaq; forma, quaq; positura stellarum aliquis nasceretur. Syllabam dicimus esse longam positura quum vocalem immediatè sequuntur duæ consonantes, quarum prior cum ea vocali in eadem syllaba cohæret. Nam si consonans utraq; ad sequentem pertineat syllabam (quod muram liquida subsequente contingere solet) non efficient posituram.

Pŏsĭtĭo, onis, f. t. Situs, sive (ut barbari loquuntur) situatio. [תשׂומת *teśiśúmeth. Situs.* Gall. *Situation, assiette.* Ital. *Positione, sito* Ger. Gelegenheit. Hisp. *Postura.* Pol. *Stanowisko, stanowienie.* Vng. *Tetel, helyheztetes.* Ang. *Situation, placing or setting.*] Quintil. lib. 3. cap. 7: Illa propria quæ ex loci positione aut munitione sunt. Columel. lib. 1. cap. 6: Naturalis calor cõtingit positione cœli, & declinatione. Ibidem: Nam ea cœli positio maximè frigida, & minimè humida est. Quibus in locis situ cœli appellationis situ certam cœli partem respicientem, quem vulgus *aspectum* vocat. Cic. pro Flacco: De quorum utibi positione propter pulchritudinẽ, etiam inter deos certamẽ esse proditum est. ¶ A' Dialecticis & Rhetoribus positiones appellãtur ipsa veluti fundamenta, quibus argumenta innituntur. Quintil. lib. 2. cap. 10: Quin aliquando etiã argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus. ¶ Positio item apud Iurisconsultos, fundum, sortem, summã significat. Vlpia. l. 3. D. de annu. legat. Hoc sequemur ut pro positione patrimonii, sine vexatione & incommodo hæredis fiat id est, pro summa, pro viribus, pro facultatibus. Idem l. 2. D. de pecul. Si verò candẽ peculii positionem reliquit, debere eum deducere.

Pōns, pontis, m. t. à pendeo, quòd veluti in aëre pendeat: & significat omne per quod super aquas trãsimus. [γέφυρα. Gall. *Vn pont.* Ital. *Ponte.* Ger. Ein Brugg. Bel. Een Brugge Hisp. *Puente para passar rio.* Pol. *Most.* Vng. *Hid, pale.* Ang. *A bridge.*] Plin. lib. 8. cap. 3: Tentos spatio procul pontis à continente ponecti, &c. ¶ Accipitur & pro scalis nauticis, quæ Græci ἐπιβάθρα vocant. Virg. lib. 10. Aeneid. Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. ¶ Per pontem olim ferebantur suffragia unde Sexagenarios deponte dejicere, proverbio dicitur pro suffragio privare, vel omnem autoritatem adimere. Vide Erasmi Roterodami Adagia.

Pōntĭcŭlus, diminutivum, Parvus pons. [γεφυρίς. Gall. *Vn petit pont.* Ital. *Ponticello.* Ger. Ein Bruckin oder ein Gidg. Hisp. *Pequeña puente.* Pol. *Mostek.* Vng. *Pala, hidacska.* Ang. *A little bridge.*] Cic. 4. Tuscul. Et quum fossam latam cubicularis lecto circumdedisset, ejusq; fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxisset, eum ipsum quũ fores cubiculi clauserat, detorquebat.

Pontōnēs, m. t. Naves quibus in trajectẽdis animbus locõ pontium utimur. [πορθμεῖον. Gall. *Bateau à passer riviere, barque à passer.* Ital. *Ponteau, fabriche da passare va fiume.* Ger. Schiff mit mich/ man über die fluß fahrt. Hisp. *Pontones y barcas para passar el rio.* Pol. *Prom, przewoz.* Vng. *Rew hato.* Ang. *Ferry boates.*] Papinianus: Quia via confirmari solet vel civitate tenus, vel usq; ad viam publicam, vel usq; ad flumen in quo pontonibus trajiciatur. Apul. Et si vado non poterunt, pontonibus transibunt. Cæsar 3 bell. Civil. Pontones, quod est genus navium Gallicarum. Lyssi relinquit.

Pōntĭcŭs, Vide PONTVS.

Pontĭfex, pontificis, m. t. Sacer magistratus (ut inquit Servius) à posse & facere dictus: vel (ut inquit Varro) à ponte quia Sublicius pons à pontificibus factus est primùm, & restitutus sæpè. [כֹּהֵן *chohẽn.* ἱερεύς, ἀρχιερεύς. Gall. *Ministre des choses divines, pontife.* Ital. *Pontefice.* Ger. Ein Priester oder oberster Priester ein Verstender Heyliger dingen. Hisp. *Perlado en las cosas sagradas.* Pol. *Papież, hukop.* Vn. *Hpap.* An. *A bishop.*] Cic. ad Attic. lib. 4: Calendis Octobris habetur senatus frequẽs, adhibẽtur omnes pontifices qui erant senatores, à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quæsivit quid essent in decernẽdo sequuti. Tum Lucullus de omnium collegarum sententia respondit: Religionis judices pontifices fuisse, legis Senatum, se & collegas suos de religione statuisse, in senatu de lege, &c. Libri pontificum, Horatius 2. Epistol. 1. Cœnæ pontificum, Idem 2. Carminum, Ode 14. Religio pontificum, Cicero pro Domo sua. Secures pontificum, Horatius 3. Carm. Ode 2. ¶ Erant aũt majores & minores pontifices, inter quos summus põtifex, maximus dictus est, quòd maximarum rerum, quæ ad Sacra & religionem pertinent, judex esset. Numa pontificem fecit, eiq; sacra omnia attribuit, ejusq; scitis sacra omnia privata, & publica subjecit, influxitque ut idem pontifex non cœlestes modò cæremonias, sed justa quoq; funebria placandosq; manes edoceret. Autor Livius lib. 1. ab Vrbe condita.

Pōntĭfĭcātŭs, hujus pontificatus, m. q. Pontificis dignitas. Sunt Consulatus, dignitas Cõsulis. [כְּהֻנָּה *chehunnah.* ἀρχιερωσύνη. Gall. *Pontificat, l'estat de pontife.* Ital. *Pontificato.* Ger. Des Obristen Priesters Ampt und Würde/ Bischoffthumb. Hisp. *Dignidad de perlado.* Pol. *Bokupstwo.* Vng. *Põ papsag.* Ang. *The dignity of a bishope.*] Cicer. de Aruspicum respon. Qui lustras, solemnesq; cæremonias Pontificatu, rerum benè gerendarum auctoritates, augurio contineri putaverunt.

Pōntĭfĭcātŭs Codicillares, Lampridius usurpat, Fonatio indicante, pro scriptis & extraordinariis, quasi dignitatis umbra gauderent collegiis adscripti, atq; in codicillos relati. Sic & Secretarios & Consiliarios haud ineptè appellaveris codicillares, qui extra ordinem sunt, nomenq; tantùm reverendi, ministrationem officii exortes.

Pōntĭfĭcĭus, pontificia, pōnificium. Quod est pontificis: ἱερατικός. Gall. *De pontife & prelat.* Ital. *Da pontifice.* Ger. Priesterlich. Hisp. *Cosa de perlado.* Pol. *Bykupi.* Vng. *Põ papshoz való.* Ang. *Of a bishope.*] ut jus Pontificium constituere, ejusmodi dicitur est, quod Canonicũ dicitur. Cic. 3. de Nat. Deor. Docebo me hora me didicisse de colendis diis immortalibus jure pontificio, & more majorum. Cic. 1. de Nat. Deor. Deinde omnium non magnus numerus, ne in Pontificis quidem nostris, &c.

Pōntĭfĭcĭum, substantivum, n. t. Pro cognitione & autoritate pontificis. [כְּהֻנָּה *chehunnah.* ἱερατικὸν, ἱερωσύνη. Gall. *L'autorité & office de pontife.* Ital. *Autorità, & officio de pontefice.* Ger. Der hohen Priester Stant/Ampt vñ Ansehen. Hisp. *La dignidad del perlado.* Pol. *Bykupstwo.* Vng. *Põ papi méltosag.* Ang. *The autority and office of a bishop.*] Gell. lib. 1. cap. 13: Re semel illi stata deliberataq; ab eo cujus negotium id pontificium esset, &c.

Pontĭfĭcālis, pontificale, om. t. Quod ad pontificem pertinet: ἱερατικός. Gall. *Pontifical.* Ital. *Pontificale.* Ger. Des zu den Priestern gehört. Hisp. *Cosa perteneciente a perlado.* Pol. *Bykupi.* Vn. *Põ papshoz tartozo.* Ang. *Belonging to a bishop.*] ut Pontificalis autoritas, apud Cic. 2. de Legib. Itaq; usus tantummodò pontificis esset, si pontificalis maneret authoritas. Pontificalis honor, Ovid. 3. Fast. Ius põtificale, Cic. 2. de Legib. Sacrum pontificale, Ovid 1. Fast. Pontificales cœnæ, dicebatur opiparæ sumptuosæ, & exquisitis epulis instructæ, quales esse solent Pontificum cœnæ. Vide Macrob. 3. Saturn. & Chiliad. 1. Adag. ¶ Pontificales libri, in quibus sacræ cæremoniæ continentur.

Pōntōnēs, Vide PONS.

Pōntŭs, m. t. [ים *yam. πόντος.* Gall. *Mer.* Ital. *Mare.* Ger. Das Meer. Hisp. *La mar.* Pol. *Morze.* Vng. *Tenger.* Ang. *The sea.*] Proprie dicitur mare illud quod à palude Mœotide usque ad Tenedum protenditur: sed ubi primùm se arctat à Tenedo incipiens, à casu Helles, vocatur Hellespontus, ubi se expandit, Propontis: ubi iterum arctatur, Thracius Bosphorus: ubi aũt latissimè diffunditur, Pontus Euxinus, qui circuitur in ex-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

nam Scythici arcus, committitur ostio Mæotidis paludis. Idq; etiam Cimmerius Bosphorus vocatur. ¶ Figuratè autem pro quovis mari ponitur, ut apud Virg. li. 1. Aeneid. ingens à vertice pontus in puppim ferit, &c. ¶ Est præterea Pontus, Scythiæ fluvius, in quo thracius lapis invenitur, qui aqua accenditur, & extinguitur oleo, ut refert Dioscor. lib. 5. cap. 93.

Pŏpā, æ. [Ger. Opfermeyger.] Dicebatur qui victimas venales lavabat & quibus ligabat eas ad altare, feriebatq;. Propert. lib. 4: Sacrificiq; calent ad nova sacra popæ: Spartianus in vita Getæ: Peculiari hostiam popa nomine Antonius. Sueton. in Vita Caligulæ, cap. 32: Admota altaribus victima succinctus popæ tum habitu, clavo altè malleo, cultrarium mactavit. ¶ Accipitur nonnunquam popa metaphoricè pro gulosо, & insatiabili. Persius Sat. 6: At illi tremat omento popa venter.

Pŏpānum, ni, pen. cor. n. f. [πυραμοῦς. Ger. Paßeten/tarten.] Placenta lata, tenuis, rotunda, quam diis veteres offerebant: sed & pro quocunq; libo capitur. [Pol. Placek ofrayſki.] Iuvenal. Satyr. 6: Solicet & tenui popano corruptus Ulixes. ¶ Iulius autem Pollux ait Placentā esse, qua in sacrificiis antiqui utebantur. Cujus dictionis frequēs est usus apud Aristophanem. Calepinus putavit popana esse unguenta quædam pinguia, addecens testimonium ex Iuvenalis Satyr. 6: ridendaq; multo Fuce rumet facies, aut pinguia popana Spirat, & hinc misceri cantat labra marin. Quo tamē in loco constat Poppæana legendum esse, non Popana. Quod miror Calepinum non animadvertisse quum alioqui in priore carmine integer pes deficiturus sit.

Pŏpellus, Vide POPVLVS, masc. gen.

Pŏpīnā, æ. pen. prod. f. p. à popa, Locus ubi publicè opsonia varia, cocta, ac delicatè cōfecta venditatur, comeditur; vel privatim ubi gulosa familia extraordinariè ligurire, & helluari consuevit, autore Valla in Raudensem. [ὀψοπωλεῖον, ταβέρνα. Gall. Rotisserie, cabaret, cuisine. Ital. Bottega di pane cotto, bottega di salsiccie, hosteria, taverna. Ger. Ein Präterey/Zächhauß. Bel. En Tamern. Hisp. Cozina, venta, taberna. Pol. Obeyna kuchma, item kuchnia. Vng. Kāzhoſzeg kolmia. Ang. A kitchin.] Plaut. in Amph. Interea dum isti cenant, in popinam devorandum est mihi, Lances detergam omnes, omnesq; trullas hirudam. ¶ Accipitur nonnunquam popina pro delicatioribus cibis qui in ganea vendi consueverunt. Cic. 3. Philip. Sed quem tam atroci edicto nos concitavisset, cur ipse non affuit? num putatis re aliqua tristi & severa? vino & epulis retentus? alea est, si epulæ potius, quàm popinæ dicendæ sunt.

Pŏpīnā tūr, popinæ dominus. [πανδοκεύς. Vn. Kabnya gazda.] Lampridius in Alexandro Severo: Cùm Christiani quendam locum qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii dixerunt sibi eum deberi, rescripsit melius esse ut quomodocūq; ibi Deus colatur quàm popinariis dedatur.

Pŏpīnōnes, m. t. Helluones, gulones, qui se popinis dedunt. [ganeo. Gall. Hanteurs de tavernes & cabarets, friands, gourmans, yvrongnes. Ital. Lecardi, ghiotti, taverniери. Ger. Schlemmer/Zächbrüder. Hisp. Golosos que viven en glotonias. Pol. Zarłoki, obżarze. Vn. Tobzodos, lakozni, torkos. Ang. That haunteth and vseth taverns, gluttons, drunkard.] Horat. 2. Serm. Imbecillus, iners, sim quidvis, ædè popino. Sueton. de clar. Gram. Lucconem & nebulonē, popinonemq; appellans, & vita scriptisq; monstrosum.

Pŏpīnōr, āris, d. p. Helluor & indulgeo popinis. [λαγνεύω, ἀσωτεύομαι. Gall. Gourmander & yvrongner, hanter tavernes & cabarets. Ital. Divorare, trangugiare, dar si alla gola. Ger. Schlemmen/mit präſſen sein Gut vnd Leib tilgen. Hisp. Golosear. Pol. Vilemnierzyć. Vng. Tobzodom, lakozom. Ang. To haunt taverns, to eate and riot out of measure.] Iul. Capit. Dum Galienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam.

Pŏpīnā'tio, onis, f. t. nuncupatur à Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio, quam Græci ἀσωτίαν vocant. [Gall. Yvrongnerie, gourmandise. Ital. Esse divorare à trangugiare. Ger. Zächung/freſſung das vollēſen mit ſchlemmen vnd dempffen. Hisp. Obra de golosos. Pol. Obżarstwo. Vn. Tobzodat, lakas, torkossag. Ang. Haunting of taverns.]

Pŏpīnā'tor, ōris, m. t. [ψαιτηλάτης. Vn. Etel aros: Zekati, kabnyas.] Macrob. Saturn. lib. 7. cap. 14: Quod genus apud popinatores, pinaq; fercula rum cernimus propolita, ampliora specie quàm corpore.

Pŏpīnā'lis, le, om. t. Quod ad popinā spectat. [ψαιτηλικός. Gall. Taverniere. Ital. Di osteria. Ger. Das der Pfeltzers den Zächhauß ist. Hisp. De Zoca. Pol. Kuchenny. Vng. Tobzodasra valo. Ang. Belonging to a kitchin.] Colum. lib. 8. cap. 16: Tunc celebres erat Italiæ popinales, quum ad mare deferebantur vivaria.

Pŏplĕs, poplĭtis, m. t. Pars oppositā genu quæ curvatur: dicta quòd post plicetur. [ברך berech. Iyyun. iyyún. Gal. Le iarret. Ital. Garetta, fatta el ginocchio. Ger. Die Knutſcheib. Bel. Die Knitſchuyt. Hisp. Rodilla. Pol. Czeſka na kolenie. Vng. Terd hon alia, horgas. Ang. The hamme of ones legge behind the knee.] Colum. lib. 6. cap. 12: Si dolore nervorum claudicat, oleo & sale genua, poplites q; & crura confricanda sunt donec sanetur. Curtius lib. 6: Posteaquam deficere se sensit, poplitibus semet excepit. Liv. lib. 2: Quosdam & jacentes vivos succisis femoribus poplitibusq; invenerunt.

Pŏppysmă, n. t. [ψιθυρισμός. Gal. Vn ſon de bouche, ou en frappant les mains paulme ſur paulme pour flater vn cheual ſarouche. Ital. Vezzo, vn ſuono di bocca che ſi fa palpando vn cauallo. Germ. Das zuſchteyen vnd ſtreichen ſo man den verwundeten oder vngeſamten vnnd freudigen Roſſen thut. Hisp. Silvo ò ſonido de la boca o manos. Pol. Mowa do oglaskania kony. Vng. Tſatſogatas. Ang. Faire ſpeaking or gentle handling of vnruly horſes.] Proprie dicuntur ea vocis blandimenta quæ fiunt equis indomitis cum tractatione manuū. Iuven. Satyr. 6: Præbebit vati crebrum poppysma rogānti: id est, crebram manuum tractationem, cum quadam vocis adulatione: nam sit à ψιθυρίζω, quod est sibilo, vel adulor. ¶ Est & ψιθυρισμός (ut quidam exponunt) idem quod plaudere: hoc est, illisis manibus inter se, & palma cum palma collata, plausum edere. ¶ Dicitur etiam in eadem significatione poppysmus. Plin. li. 28. cap. 2: Fulgetras poppysmis adorare cōsensus gentium est. Quid verè poppysmus sit, vide in dictione PALPVM.

Pŏpŭlă, æ. Verrucæ sunt eminentes. Cornutus in Persium.

Pŏpŭlnĭus, vide Populus fœm. gen.

Pŏpŭlus, li, antepen. corr. singul. numer. masc. generis, Vnius civitatis multitudinem significat, juris consensu & concordi communione sociatam. [ὅλη ἡμὲν λαὸς ἔπεται. Gall. People. Ital. Popolo. Ger. Ein Volck oder gantze Gemeind einer Statt. Hisp. Pueblo. Pol. Lud, ſpołeczność mieyſca. Vng. Nephöſſeg. Ang. The people.] Virgil. 1. Aeneid. Hinc populum latè regem, belloq; superbum Venturum excidio Libyæ. Populi, nationes, gentes diversarum civitatum. Ibidem: Littoraq; & latos populos. ¶ Populus à Columella de apibus dicitur lib. 9. cap. 13: Id ne fiat duo populi conjungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere.

Pŏpŭlus, li, diminutivum, Plebecula. [δημίδιον. Gall. Petit peuple. Ital. Popolo picciolo. Germ. Ein Bōlcklin/das ſchlecht geſindlin. Hisp. Pueblo menudo. Pol. Poſpolstwo lud. Vng. Nepetske, koſſegetske. Ang. The ſimple poore people.] Pers. Satyr. 4: Ante diem blando caudam jactare popello. Horatius 1. Epistol. 7: Vulterium mane Philippus Vilia vendentem tunicato scruta popello Occupat.

Pŏpŭlārĭs, populare, om. t. Quod est populi. [δημοτικός, δημώδης. Gall. Populaire, du people. Ital. Popolare, di popolo. Ger. Das den Volcks iſt. Hisp. Cosa de pueblo. Pol. Ludzki. Vng. Nephez tartozo. An. Of the people.] Horatius de Arte: & populares Vincentem strepitus, & natum rebus agendis. ¶ Interdum popularis dicitur gratiosus, charus & gratus populo, qui sibi populi favorem conciliat, quiq; populi est studiosus. δημοτικὸς, χαρίεις τῷ δήμῳ, δημοχαρής. Cicero: Nil tàm popularē quàm bonitas. Livius: Et quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. ¶ Interdum dicitur plebeius, vilis, & ignobilis. ἀ πρέπον. Plautus: Præstat divitem esse ac popularem, quàm nobilem & mendicum. ¶ Popularis item dicitur qui est ejusdem conditionis, generis, sortis & fortunæ. ὁμοτέχνος, δημότης, ὁ μετὰ τινὸς δημοτεύων. Terentius in Phorm. Amicus summus meus, & popularis Geta, erat enim & ipse servus. Quid si popularis, quod ejusdem gentis esset? ¶ Popularis item dicitur civis. Terent. in Adelph. Obsecro popularem ferre miserò, atq; innocenti auxilium. ¶ Ponitur aliquando popularis pro subdito, autore Budæo. Liv. 1. bel. Maced. Tentando nunc sociorum, nunc popularium animos: id est, qui in ditione eorum atque imperio erant. ¶ Populari nomine vocare, est vocare nomine vulgò à populo usurpato. Plinius libro 13. capite 4: Populari etiam nomine à nobis appellantur balani. Ita popularia verba apud Ciceronem de Offic.

Pŏpŭlārĭă, n. t. dicebantur loca ubi plebs sedebat. Sueton. in Domit. Et quia pars major intra popularia decidcrat, &c. Vide Equestria in EQVVS. ¶ Item popularia, nugatoria, puerilia. Laberius apud Nonium: Popularia agimus per ludum. ¶ Popularia sacra, ut Labeo inquit, sunt quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt, ut Feralia & Palilia. δημοτελῆ ἱερά. Sic dicta quòd populo grata essent, propterea quòd tunc in populum missio fieret ab iis qui gratiā plebis captabant: & hoc duplici modo: aut de Rep. bene sentiendo: & ea quæ ad populi salutem spectant recta cum ratione agendo: aut largiendo & adulando, vel aliis corruptelis benevolentiam captando.

Pŏpŭlārĭtās, atis, f. t. Studium & cultus populi: hoc est, affabilitas, humanitas, blanditiæ, quibus populi favorē aucupamur. [δημαγωγία, δημοτικία, ἐγκαινισμός. Gall. Popularité, amitié & humanité envers le peuple. Ital. Affabilità, humanità verso il popolo. Ger. Geſellſchafft vnd freundtligkeit mit dem Volck. Hisp. Humanidad y halagos en amor y voluntad del pueblo. Pol. Lagodna mowa do ludu;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

liudu, tomerju woslindē. Vng. *Kbſegnek batſolletsi, maga Zeretteſe.* Ang. *Courteſie and humanitie towardes the people.*] Plinius epiſt. 117: Dixit cauſam Claudius Ariſtion princeps Epheſiorum, homo munificus & innoxiæ popularitatis. ¶ Ponitur aliquàdo pro conjunctione atq; neceſſitudine, quæ debet eſſe inter populares: hoc eſt, inter eos qui ex eadem regione ortum traxerunt. Plaut. in Pœn. Siquid opus eſt, quæſo dic, atq; impera popularitatis cauſa.

Pŏpŭlārĭtĕr, Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. [λειτουργικῶς. Gall. *Populairement, auec la grace du peuple.* Ital. *Popularmente, affabilmente.* Ger. Mit verwilligung des Volcks / nach brauch des Volcks. Hiſ. *En amor y voluntad del pueblo.* Pol. *Ludzkos ſpodſka, ſłaſka.* Vng. *Kedueſſen kbſeknek ſzamallaſanal.* Ang. *With the fauour & loue of the commen.*] Iuven. Sat. 3: - & verſo pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. ¶ Aliquando ſignificat more populi. Cicer. in Som. Scipion. Homines enim populariter annum tantummodo Solis: id eſt, unius aſtri reditu metiuntur. ¶ Hinc dicimus populariter agere, populariter loqui, populariter ſcribere: id eſt, more populi.

Pŏpŭlātĭm, Per populos. [κατὰ δήμους. Gall. *De peuple en peuple, par tout le peuple.* Ital. *Di popolo in popolo, per tutto el popolo.* Ger. Von einem Volck zum anderen / durch die Völcker. Hiſp. *De pueblo en pueblo, per todo el pueblo.* Pol. *Przez lud, obſiedle do ludu.* Vng. *Nepenkent, nemſit ſegenkent.* Ang. *Through all the commons.*] Apuleius: Populatim ab omni provincia revocatus. ¶ Ponitur aliquando pro coacervatim & in univerſum. Cęcilius: Ego perdidi te, qui omnes ſervos prodo populatim: quæſo ne addas malum ad hoc malum.

Pŏpŭlōſŭs, ſa, ſum, Quod eſt plenum populo. πολυάνθρωπος. ut Oppidum populoſum.

Pŏpŭlo, as, & populor, aris, d.p. Depręda̅ri, diripere, ſpoliare. [שדד *ſchadhādh*. διαφθορεύειν, ἁρπάζειν, πορθεῖν, ἐρημοῦν. Gall. *Oſter & piller tout le champs, deſtruire & perdre.* Ital. *Depredare, ſaccheggiare, deſertare un paeſe.* Ger. Verheeren / verwüſten / beraubē. Hiſp. *Robar y deſtruyr el campo.* Pol. *Nyſzczyć tepić.* Vng. *Puztitok.* Ang. *To robbe, and deſtroye the countrey.*] Cæſ. 1. bel. Gall. In Heduorum fines pervenerant, eorumq; agros populabantur. Virgil. 1. Geor. populatq; ingentem farris acervum. ¶ Hinc depopulor pro deprædor, paſſimq; & populatim diripio. Populare, Nonius populi amorem conciliare eſſe ait, indeq; popularem dictum eſſe, qui à populo pendet.

Pŏpŭlātŭs, a, um, participium, Depręda̅tus. [שדוד *ſchadhūdh*, διαφθορεύσας, πορθήσας. Gal. *Pillé, deſtruit.* Ital. *Depredato, ſaccheggiato.* Ger. Verheeret / geplündert / beraubet. Hiſp. *Robado y deſtruido.* Pol. *Zplundrowany, wyniſzczony.* Vng. *Puztittatot, meg ſzaggatot.* An. *Spoyled, deſtroyed.*] Virg. 12 Aeneid. Quiſq; ſuum populatus iter. Cicer. 5 Ver. Ejectos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos atque exinanitos à Verre, populatam vexatamq; provinciam.

Pŏpŭlātĭo, onis, verbale, f.t. Spoliatio. [שד *ſchōd*, πόρθησις. Gal. *Saccagement, degaſt.* Ital. *Sacchegiamento.* Ger. Verheerung / beraubung / plünderung. Hiſp. *Robamiento, deſtruymiento.* Pol. *Złupienie, wyłupienie.* Vng. *Puztitas ſzaggatas.* Ang. *A ſpoiling or pilling of a countrey.*] Liv. 3. ab Vibe: Equos populationibus incurſionibusq; meliores eſſe. Columel. lib. 2. cap. 20: Nam ea res à populatione murum formicarumq; frumenta defendit. Idem lib. 3. cap. 21: Aut ſi maturitatem ſerotini expectet, amittat vindemiam præcocem, quæ plerunq; populationibus volucrũ, pluviisq;, aut ventis lacerata dilabitur.

Pŏpŭlātŭs, us, ui, m. q Populatio. [שד *ſchodh*. διαφθορεύς, πόρθησις.] Lucan. li. 2: ardent Heſperii mõres ſevis populatib. agri.

Pŏpŭlātŏr, oris, m. t. [שדוד *ſchodhēdh*. διαφθορεύς, πορθήτωρ. Gall. *Pillour, gaſteur, & deſtruiſeur d'vn pays.* Ital. *Che ſaccheggia vn paeſe.* Ger. Ein verheerer / verwüſter / jaſtbrer. Hiſp. *El que aſſi deſtruyre.* Pol. *Naiezpuk, ſł upirzyc.* Vng. *Puztito, fozto.* Ang. *A robber or deſtroyer of a countrey.*] Ovid. 12. Metamorph. Vivit adhuc operis noſtri populator Achilles. Idem 13. Metamorph. Hoc ubi cognovit Troiæ populator Atrides.

Pŏpŭlātrix, populatricis, f.t. [שדדרת *ſchodhēdheth*. διαφθορεύσα, πορθήτειρα. Gall. *Pillereſſe, celle qui gaſte & deſtruit tout.* Ital. *Donna che diſtrugge il tutto.* Ger. Ein Verheergerin / verwüſterin / raubrin. Hiſp. *La que aſſi deſtruye.* Pol. *Ta ktora łupi, niſzczy, złupuje.* Vng. *Puzzito aſzszonj.* An. *She that robbeth and deſtroyed.*] Martialis lib. 13: Hæc tibi Theſæi populatrix miſit Hymetti, Pallados à ſylvis nobile nectar apis.

Pŏpŭlābŭndŭs. Prædabundus, à populando: id eſt, qui populatur. [שדוד *ſchodhēdh*. ληϊστρικῶς, ἁρπαγικῶς. Gal. *Qui court parmi les champs pillant & deſtruiſant tout.* Ital. *Che va per campi ſtruggendo & ſaccheggiando.* Ger. Verheergend / beraubend / ſchädigend mit plünderē und verwüſten. Hiſp. *Caſa que anda aſſi deſtruye.* Pol. *Puſtoſzący, złupuiący.* Vng. *Puzzito, prædalo, dulo fozto.* Ang. *Going on wailing and rabbing of countreys.*] Liv. lib. 3. ab Vrbe: In fines Romanos excurrerunt, populabũdi magis quàm juſti more belli.

Pŏpŭlĕus, populnea, populneum, Populeus. λεύκινος, ἀγείρινος. Plautus in Caſ. Nõ iſthęc ăut populna ſors, aut abiegna eſt tua?

Pŏpŭlnĕŭs, populnea, populneum, in eadem ſignificatione. Colum. lib. 6. cap. 3: Probatur maximè ulmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea frons. Idem lib. 12. cap. 2: Frondem quercã, & populneam.

Pōpŭlētum, populeti, n. ſ. Locus populis conſitus. [αἰγείρων. Gall. *Vn lieu planté de peuplliers.* Ital. *Luogo piantato de pioppe.* Ger. Ein ort an dem viel Pappelbäum oder Sarbäum ſtehn. Hiſp. *Lugar de muchos alamos.* Pol. *Miejſce pełne topoli.* Vng. *Nyarſaſok.*] Plin. lib. 14. cap. 5: Antea Cæcubo erat generoſitas celebrima paluſtribus populetis.

Pŏpŭlĕŏn, Medicamentum quod ex floribus populi conficitur conniventibus. Compoſitionem ejus lege apud Galen. lib. 4. de San. tuenda.

Pŏpŭlĕum, Myracopon, unguentum populeonis, vulgò ſic dictum.

Porcă. Porcarius. Porcellus. Vide PORCVS.

Pŏrcĕo, porces, verbum obſoletum quo antiqui, teſte Feſto, utebantur pro prohibeo. κωλύω. Lucilius lib. 6: - nonte porrò procedere porcent. Componitur ex porrò & arceo, quaſi procul arceo.

Porcetrā, porcetræ, Porca quæ ſemel tantùm peperit. χοῖρος, aliis θῆλυς. Scropha, quæ ſæpiùs.

Porcŭlētum, porculeti, n. ſ. Hermolaus ait idẽ eſſe quod porcam: hoc eſt, terram editiorem inter duos ſulcos: cujus generis in hortis hodie pulvini appellantur, in quibus ſua cujuſq; generis olera ſeparatim ſeruntur. Plin. lib. 29. cap. 22: Vmbri & Marci ad vicenos pedes intermittunt arationis gratiæ in his quæ vocant porculeta.

Porcŭlum, porculi, n. ſ. Eſt machinæ genus apud Catonem de Re ruſt. cap. 19: Foramen (inquit) quod primum facies, ſeſquipedem ab cardine facito: cætera dividito quã rectiſſimè. porculum in media ſucula facito: inter arbores mediũ quod eſt, id medium collibrato ubi porculum figere oportebit, ut is medio prælum rectè ſitum ſiet.

Porcŭs, porci, m. ſ. Sus domeſticus: quemadmodum aper, ferus. [חזיר *chazīr*. χοῖρος. Gall. *Vn porc.* Ital. *Porco.* Ger. Ein Schwein. Bel. Een Verken. Hiſ. *Puerco.* Pol. *Wieprz.* Vng. Diſznó. Ang. *An hogg, a ſwyne.*] Suis autem appellatio utriq; generi eſt communis. Martial. li. 14: Iſte tibi faciat bona Saturnalia porcus, Inter ſpumantes ilice paſtus apros. Iuvenalis Satyra 12: - voveasq; facellis Exta, & candidus divina tomacula porcus. Dictus ab eo quòd porrecto rictu paſcitur, & terram dum herbarum radices rimatur, latiùs porrigat. Porcus Seruius apud Catonem, qui, vide in Setarius. ¶ Porcus marinus, piſcis marinus, quum capitur, grunniens, ἐχῖνος θαλάσσιος. Lucidæmonii orthragoriſcum vocãt, ut ex Appionis ſententia refert Plin. lib. 32. cap. 2. ¶ Porcus Trojanus, in Romanorum conviviis per jocum dicebatur aper, qui integer apponi ſolebat, unà cum minoribus animalibus in ventre ejus incluſis, non ſecus atque olim ferunt in equo Trojano incluſos fuiſſe armatos. χοῖρος στρατιώτης. Vide Macrob. in Saturnalibus.

Pōrcă, æ, f. p. Sus fœmina. [חזיר *chazīr*. θῆλυς. Gall. *Vne truye.* Ital. *Troia.*

lem. Germ. Ein Saw. Hisp. *Puerca*. Pol. *Swinia*. Vng. *Emie dicze*. Ang. *A sidge barrow swine sow or rotten*.] Cato de Re rust. cap. 134. Priusquam fœminam porcam immolabis. ¶ In agro verò porca est terra elata inter duos sulcos: [חלתם *telcth*. ὠδὰξ. Gall. *Terre soleuee entre deux rayons, vn sillon*. Ital. *Scrofa, porca*. Ger. *Das behalten zwischen zweyen furchen in einem Acker*. Hisp. *La tierra que queda entre dos surcos*.] à porrigendo (ut inquit Varro lib. 1. cap. 29. de Re rust.) quòd ea seges porrigat frumentum. Vel à porcendo: id est, prohibendo, ut Nonio placet, eò quòd alita te jaci semina prohibeat. ¶ Porcæ (inquit Festus) appellantur rari sulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia: ita dictæ quòd porceant: id est, prohibeant aquam frumento nocere. Crebriores autem sulci, limi vocantur. Hæc ille. Colum. lib. 2. cap. 4. Liras rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latiùs distantes sulcos, medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Sed & triginta pedum latitudinem, CLXXX. longitudinem, porcam vocabat, eodem autore lib. 5. cap. 1: Campani, inquit Hermolaus Barb. hodie porcas vocant pulvinos sive hortulos, in quibus veluti sulcatim sua cujusq; generis olera seruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam.

Porcastrl, Sus quæ semel peperit quæ sæpiùs scropha. [Vn. *Tenuj dicze*.] Melissus de loquendi proprietate, qui habet autorem Pomponium in Atellana, quæ hoc eodem vocabulo inscripta est. Ex Gellio lib. 18. cap. 6.

Porcellus, & porcellus diminut. [χοιρίδιον, χοιρίον. Gall. *Porcelet, cochon*. Ital. *Porcelletto*. Ger. Ein färlin. Hisp. *El lechon, puerco pequeno*. Pol. *Wieprzek*. Vng. *Disznotska*. An. *A little hog or swyne*.] Suetonius in Nerone: Iterum ac sæpiùs recoctum porcello objecit. Porculus legitur apud Plautũ in Menæch. Scribit Varro porcum Græcum nomen esse antiquum, sed obscuratum, quod postea vocarunt χοῖρον.

Porcĭnus, a, um, pen. prod. Quod ex porco est: ut Caro porcina. [χοιρεῖος, χοιρεῖον. Gall. *De porceau*. Ital. *Di porco*. Ger. Schwein: ins vor einer Saw. Hisp. *Cosa de puerco*. Pol. *Wieprzowe, swinny*. Vng. *Disznobol vualo*. Ang. *Of an hogge*.] Plaut. Cap. Aliũ pisces penthearum abire, alium porcinam, atq; agninam, & pullos gallinaceos.

Porcĭnārĭus, m. f. Qui carnes porcinas vẽdit. [χοιρομάλυς. Gall. *Charcutier, qui vend chair de porceau*. Ital. *Chi vende carne di porco*. Ger. Der schweinin fleisch verkaufft. Hisp. *El que vende carne di puerco*. Pol. *Sprzedaiący mięsa wieprzowego*. Vng. *Disznobus aros*. Ang. *A seller of hogges flesh*.] Plaut. in Capt. Quata laniis lassitudo, quãdo porcinariis?

Porcārĭus, a, um. Quod ex porca est. [χοιρεῖος. Gall. *De truye*. Ital. *Di porca*. Germ. Einer Mutter. Hisp. *De puerca*. Pol. *Swinny*. Vng. *Imedisznobol valo*. Ang. *Of a swyne*.] Vnde porcariam vulvam dicebant, qua edito partu vescebantur. Plin. lib. 11. cap. 37. Vulva ejecto partu melior quàm edito: ejectitia vocatarilla, hæc porcaria: primiparæ suis optima.

Porcārĭus, Porcorum custos, subulcus. [χοιροβοσκός. Gall. *Porchier*. Ital. *Porcaro*. Ger. Ein Sawhirt. Hisp. *El porquerizo*. Pol. *Swinnik*. Vng. *Disznopojtar*. Ang. *A swyne heard or keeper*.]

Porcātĭōnem, Antiqui porcorum nutricatum vocaverunt. [χοιροτροφία. Gall. *Nourriture de porceaux*. Ital. *Nutritura di porci*. Germ. Sew erziehung oder meistung. Hisp. *Crianca delos puercos*. Pol. *Swinny chowanie*. Vng. *Disznotartas*.] Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 4: In nutricatu (quam porculationem appellabant) binis mensibus porcos sinunt cum matribus.

Porcātŏr, oris, m. t. Qui porcos nutrit ut pinguescant. [χοιροβοσκός. Gal. *Porchier, qui engraisse les porceaux*. Ital. *Nutritore di porci*. Ger. Einer der Sew erzeugt oder mestet. Hisp. *Porquero que los cria*. Pol. *Tuczkowi swinie karmi*. Vng. *Disznotarto*. Ang. *That fede doth swine*.] Colum. lib. 7. cap. 9: Itaq; porculatoris maximum officium est, ut unamquamq; cum prole claudat.

Pŏri, orum, Vide PORVS.

Pŏrŏcēlē, Species herniæ est, quum ex abscessu circà foramen materia induruit. Πώρος enim Græcis inter cætera lapidosam duritiem significat, sive callum.

Porphyrĭus, f. p. Latinè purpura. [תכלת *techêleth* ארגמן *arghamin* כרמיל *charmil*. πορφύρα. Gall. *Pourpre, cramoisi*. Ital. *Porpora*. Ger. Purpurfarb. Hisp. *La purpura, color de carmesi*. Pol. *Farba purpurowa*. Vng. *Barsony*. Ang. *Purple*.] Vnde Porphyriacus, a, um, pen. corr. purpureo. Ovid. Et porphyriacis figere labra genis.

Porphyrĭs, porphyridis, pen. prod. πορφυρίς. Vestis purpurea.

Porphyrĭo, porphyrionis, pen. prod. f. t. [πορφυρίων. Ger. Ein frembder vogel/möcht in Teutsch / weil er die füß vnd schnabel purpurfarb hat/ Purpurvogel genañt werden: seine fädern am gantzen leib sind blaw.] Avis est collum habens oblongum & angustum, crura prælonga, eaq; rubentia, quemadmodum & rostrum, sola avium morsu bibens, cibumq; priùs aqua tinctum altero pede, veluti manu, ad rostrum afferens. Author Plin. lib. 10. cap. 46. Aelianus li. 14. cap. 35, tradit porphyrionem muliebris pudicitiæ observatorem esse, matrisq; familiãs adulterium suspendio suo domino indicare. ¶ Fuit item hoc nomine Gigas quidam, Sisyphi filius: qui unà cum reliquis Gigantibus adversus superos conspiravit. Claudianus in Gigantomachia Porphyrion trepidam conatur vellere Delon. ¶ Fuit item aurigæ nomen, Neronis tẽporibus, cujus meminit Sueton. Martialis uno distícho omnes has significationes complexus est: Nomen habet magni volucris tam parva Gigantis, Et nomen Prasini Porphyrionis habet.

Porphyrītes, porphyritis, pen. prod. m. t. [πορφυρίτης. Ger. Ein roter Marmelstein mit weissen tupfflinen gesprencket.] Lapis in Aegypto rubens, candidis intervenientibus punctis: propterea Leucostictos appellatus. Λεύκος enim album vocant Græci, & στίζειν pungere. Autor Plin. lib. 36. cap. 7.

Porphyrĕticus, porphyretica, cum, pen. corr. Adject. [Ger. Das auß rotem Marmelstein gemacht ist.] Quod est factum ex porphyrite.

Porphyrĭus, Serpens est in calidissimis Indiæ locis nascens, capite quovis lacte candidiore, reliquo corpore purpureo, dentibus carens: ideoq; morsu innocuus: vomitum tamen eructans, quicquid contigerit extabescientem. Vide Aelianũ lib. 9. cap. 57.

Porrăcĕus, Vide PORRVM.

Porrĭcio, pen. cor. porricere. Quasi porrò jacio, inquit Festus: id est, valde porrigo: quod verbum solenne sacrificantibus erat. [προχεῖσθαι. Ger. Weit werffen.] Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur diis. Plautus in Pseud. Nam si sacrificem summo Jovi, atq; in manibus exta tenecam, ut porriciam, interea loci Si lucri quid detur, potius rem divinam deseram. Virg. Aeneid. 5: extaq; salsos Porriciam in fluctus. Quo in loco nõnulli malè legunt projiciam. Vide Macrob. lib. 3. Satur. cap. 2.

Porrĭgo, is, pen. corr. xi, ctum, act. t. Extendo, dilato, à porro & rego, ut præteritum indicat, non ab ago, ut quidam malè putaverunt. [נטרש *natsh* פרש *parás* חושים *hoshîs* נתן *nathán*. ἐκτείνω ἐκτείνομαι. Gall. *Estendre, tendre & bailler*. Ital. *Estendere, porgere*. Ger. Außstrecken, *extendere*, darreichen. Bel. Bieden/reych/vitstrecken. Hisp. *Estender*. Pol. *Wyciągnąć, dać*. Vng. *Nyuytom*. Ang. *To reache or stretch out and offer*.] Cicero pro Cælio: Licinium quũ jam manum ad tradendam pyxidem porrexisset, retraxisse. Plinius: Faciliùs quippe radices porrigũt solo subacto. ¶ Quãdoq; ponitur pro extensa manu offerre ἐμβάπτειν. Vnde Augustus, ut est apud Macrob. lib. 2. Saturnal. quum et quidam libellum trepidus offerret, & modò proferret manum, modò retraheret. Putas te, *inquit*, ſtipem elephanto porrigere? Cic. 2. de Natur. deor. Stultitia est à quibus bona precamur, ab ijsdẽ porrigentibus & danibus nolle sumere. ¶ Rursus quia quæ interficiuntur, humi extenduntur, factum est ut porrigere sit prosternere & interficere. Martialis: Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. ¶ Porrigere manum, sive dextram, est adjuvare, succurrere sive opem ferre: metaphora ducta ab iis qui lapsos tensa dextra humo attollunt. ¶ Hujus compositum est Exporrigo seu Exporgo per syncopen, quod est explico, erigo, extendo, ἀνέχω. Terent. in Adelphis: da tu hodie mihi Exporge frontẽ: id est, exhilara. ἵλεών τι σεαυτὸν παρέχειν. ¶ Porrigere herbam, est victum se fateri. Plin. lib. 22. cap. 4: Summum apud antiquos signũ victoriæ erat, herbam porrigere victos: hoc est, tetra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. Vide Chiliadas Erasmi.

Porrĕctus, participium. Extensus, dilatatus. [נטרש *natsh* בטוי *nibhrá*. ἐκτεταμένος. Gall. *Estendu*. Ital. *Steso*. Ger. Außgestreckt. Hisp. *Estendido*. Pol. *Wyciągniony*. Vng. *Nyuytatot*. Ang. *Reached and stretched out*.] Horat. lib. 4. Carmin. famaq; & imperii Porrecta majestas ad ortum. ¶ Aliquando porrectus nomen est, idem fere significãs quod hilaris: ut Frons porrecta: id est, alacris. In rebus enim lætis cutem frontis extendere solemus, & contrà in tristibus corrugare. Plautus in Cas. Primùm ego te porrectiore fronte volo mecum loquier: id est, hilariore

Porrĕctio, verbale, f. t. Extensio: cui opponitur Contractio. [מתרש *mithrásh*. ἐκτάσεις, παρεκτάσεις. Gall. *Estendement, estendue*. Ital. *Estendimento*. Germ. Außstreckung. Hisp. *Estendimiento*. Pol. *Wyciągnienie*. Vng. *Nyuytas*. Ang. *A reaching out in length any thing*.] Cic. 2. de Natur. Deorum: Digitorum enim contractio facilis, facilisq; porrectio propter molles commissuras & artus nullo in motu laborat.

Porrigo, penult. nomin. prod. porriginis, f. t. Capitis affectus est, quum tenues & furfuraceæ squamulæ ex capite decidunt: [πιτυρίασις. Gall. *La teigne*. Ital. *Tigna*. Ger. Der schüppgrind/ der Haupts/ erbgrind. Bel. Scherstichen. Hisp. *Cassa dela cabeca*. Pol. *Strupna gl'owie*. Vng. *Fu, kosmosag karpassag*. Ang. *The skurfe or scailles of the head, also the dere scall in the head*.] Porrigo est (inquit Celsus lib. 6. cap. 2.) ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæq; à cute resolvuntur, & interdum madent, multo sæpiùs ficcæ sunt: idq; evenit modò sine ulcere, modò exulcerato loco: huic quoque modò malo odore, modò nullo accidente:

cidente: fereq; id in capillo fit, rariùs in barba, aliquando etiã in supercilijs Hæc Celius. Lucil. lib. 30: Tristem & corruptum, scabie & porrigine plenum. Horat. 2. Sermo. Satyr. 3. Vngere si caules oleo meliore, caputq; Cœperis impexa fœdum porrigine.

Pŏrrīgĭnōsŭs, a, um, Qui porrigine infestatur. πτυρώδης.

Pŏrrō. Varios in oratione habet usus. Modò enim affirmandi adverbium, idem significat quod sanè, certè, profectò. [אמנם *abāl, yaalai, yḥeve.* Gall. *Certainement.* Ital. *Certamente.* Germ. Wahrlich. Hisp. *Ciertamente.* Pol. *Zaprawde dalei, mocklatek.* Vng. *Nyilvan keson, vgytan, tovab, penig igen.* Ang. *Truelie wortewer.*] Cicero pro Plancio: Nihil porrò tam inhumanum, tàm immane, tàm ferum, quàm committere ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare. ¶ Quandoq; temporis adverbium, idem valet quod longè pòst. πόῤῥω. Virgil. 5. Aeneid. . hinc maxima porrò, Accepit Roma, & patrium servavit honorem. Vbi Servius: Porrò, post longum intervallum. ¶ Nonnunquam idem quod in posterum, deinceps, in futurum. ἐπὶ τὸν ἔπειτα. Terent. in Prolog. Andr. Deinde ut quiescant, porrò moneo id est, in futurum, interprete Donato. ¶ Aliquando loci adverbium est, idem significans quod ultrà, sive ulteriùs. Liv. 8. ab Vrbe: Et aut eádem quà te insinuaveris, retrò via repetiẽda: aut si ire porrò pergas, per alium saltum arctiorem, impediioremq; evadendum. Interdum idem quod lõgè, sive procul. Virgil. 6. Aeneid. . quæ sint ea flumina porrò. ¶ Sæpissimè autem conjunctio est, atq; idem valet quod autem, sive verò. δέ, δὲ. Quintil. in Apol. Paup. Porrò qui confessum defendit, non ablolutionẽ sceleris petit, sed licentiam. ¶ Quandoq; expletiva particula est, ornatus tantùm gratia interpolita. Terent. in Andr. adeón' me ignavum putas, Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Vt neq; me conluetudo, neq; amor, neq; pudor, &c. ¶ Aliquando hortantis est. Virgil. 9. Aeneid. percipe porrò Quid dubitem. Quo in loco Servius exponit porrò pro adverbio hortantis. Cic. 4. de Finibus: Pergè porrò: nam de isto magna dissensio est. ¶ Porrò autem, idem valet quod præterea verò. Cic. 3. Verr. Hominibus & natura, & disciplinâ, lenissimis: porrò autẽ pop. Rom. conditione socius, fortuna servis. ¶ Neque porrò, idem quod neq; etiam. Cic. 3. Verr. Neq; enim perfacetè dicta, neq; porrò hac severitate digna. ¶ Porrò minima, dixit Cic. 5. de Finibus, pro longè minima. Ea *impost*, nos mala dicimus, sed exigua, & porrò minima. Hæc ferè Budæus. ¶ Ponitur aliquando porrò pro valde. Cic. in Cat. Majore: Sæpè à majoribus natu audivi, qui se porrò pueros à senibus audisse dicebant. ¶ Aliquando est adverbium ordinis. Terent. in And. Move occyus te, ut quid agam, porrò intelligas.

Pŏrrum, ri, in plurali, porri, ōrũ, Genus oleris notissimi. [πράσον. Gall. *Porreau.* Ital. *Porro.* Ger. Lauch. Hisp. *Puerro.* Pol. Lug. Vng. *Pare.* Ang. *A leek.*] Plin. lib. 19. cap. 12: In translatione & medicina est: delinuntq; sentire injurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium. Martial. lib. 13: Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros: In medio virides stipite cerne comas. Porrorũ alii sunt Tarentini, qui & secti dicuntur: alii Aricini, qui & capitatiide quibus generibus vide Plin. lib. 19. cap. 6. ¶ Legitur & porrus gen. masc. à quo manlit pluralis numerus ejusdem generis. Curtius lib. 4. cap. 6: Aut jus in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus sit. Eodem genere usus est & Plin. lib. 19. cap. 6: Laudatissimus (subaudi porrus) in Aegypto, mox Orchiæ, atq; Anticiæ. ¶ Invenitur & porrina pro porro, apud Scevolam l. 52. D. de usufruct. Sempronio do, lego ex redactu fructuum holeris & porrinæ partem.

Porrăcĕus, a, um. [πρασόδης. Gall. *De porreau.* Ital. *Di porro.* Ger. Des Lauchs. Hisp. *Cosa de materia de puerro.* Pol. Lugowy. Vng. *Farkol való.* Ang. *Of a leek.*] Plin. lib. 37. cap. 10: Heliotropium nascitur in Aethiopia, Africa, Cypro, porracei coloris, sanguineis venis distincta.

Pŏrtă, portæ, f. p. Propriè aditus civitatis, alteriúsve loci vallo fossáve muniti. [שער *schâar* פתח *pathách wöde.* Gall. *La porte.* Ital. *Porta.* Ger. Ein Thor/Pforte Bel. Een dore/Poorte. Hisp. *Puerta.* Pol. *Brama wrota, drzwi.* Vng. *Kapu.* Ang. *A gate or porte, the entree of a citie.*] à portando nomen habens, sive quòd per eam omnia & importentur, & exportentur: sive ab aratri portatione, (ut inquit Donatus) quia in designatione urbium, subjectis vacca & tauro, qui urbem designabat, aratrum manu suspendebat, ne sulcum quem primogenium dicunt, faceret, ubi aditus civitatis erant relinquendi. Cæs. 6. bell. Gall. Capit arma à proximis atq; in porta consistit. Item Hircius lib. 8: Nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumq; omnium, quà Cæsar iturus erat, excogitari posset. Virg. 7. Aeneid. Et crissæ capitum, & portarum ingentia claustra. Idem 2. Aeneid. . vix primi prælia tentant Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt. Cicer. 4. de Finibus: Si Annibal ad portas venisset, murumq; jaculo trajecisset. ¶ Porta Prætoria, in castris dicebatur quæ erat in fronte valli, qua miles ad prælium educebatur. Antiqui enim *Prætorem* appellabãt qui totũ præerat exercitui, qui deinde *Imperator* appellatus est. Porta decumana, quæ in postica parte castrorum erat, qua annona, cæteraq; exercitui necessaria importabãtur: ita dicta à magnitudine. Quoniam enim ita ferè usu venire solet, ut decima quæq; omnibus propemodum in rebus maxima sint: veteres decumanum, pro magno & amplo accipiebãt. ¶ Portæ item per similitudinem quandam mõtium fauces dicuntur in maximas angustias coarctatę, cujusmodi pleræq; in diversis Tauri montis partibus à Cosmographis commemorãtur: ut sunt Caspiæ portæ, Ciliciæ, & Caucasiæ.

Pōrtŭlă, portellæ, & porticula, diminutiva. [πυλίδια, πυλίδες. Gall. *Portelette, petite porte, guichet.* Ital. *Piccola porta, portella.* Ger. Ein thurlin Hisp. *Pequeña puerta.* Pol. Drzwiczki, *chwortka.* Vng. *Kapunka.* Ang. *A little gate.*] Liv. 5. bell. Pun. Philomenes ponula assueta venationem inferens, &c.

Portendo, portendis, act. 1. Prædico, ostendo, vel præmãdo: à porrò, quod est prorsum, & tendo. [נגד *higghidh*, ἐκφαίνω, προσημαίνω, προφαίνω. Gall. *Porter signification de quelque chose à venir, predire.* Ital. *Presuntiare.* Ger. Verdeutten etwas zukünftiges. Bel. Voorden. Hisp. *Significar mal futuro.* Pol. *Przepowiadam.* Ang. *To signifie before a thing happeneth.*] Virgil. 7. Aeneid. Hunc illum fatis externa ab sede profectum Portẽdi genero. Plaut. in Asina. Accastor nobis periculum magnum, & familiæ portenditur, Demæneti si expectemus mortem. Cicer. 1. Divina. Nam quod de sole ostẽsum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore.

Pōrtentum, portenti, n. s. Ostentum & prodigium quod portẽdit aliquid futurum: ut quum insolita corpora in aere apparentur cometæ, turbines, & sereno cœlo tonitrua. [מופת *mophéth, niphlaóth.* Gall. *Prodige, chose terrible, effroyable.* Ital. *Prodigio, mostro.* Ger. Ein wunderzeichen so etwas künftiges verkündt. Hisp. *Malagero que significa mal futuro.* Pol. Dziw. Vng. *Tsuda.* Ang. *A wonderfull and strange thing against the common course of nature foreshewing some thing to come.*] ¶ Portentorum autem significatio, teste Cic. lib. 2. de Natur. deor. sumpta est ex auspiciis & auguriis. Varro: In cœlo memorabile extitit portentum. Cic. de Aiusp. responsis: Explanationes portentorum Hetruscorũ disciplina continentur. ¶ Aliquando etiam dicuntur portenta, commenta, fictiones, & mendacia rerum naturæ repugnantia. Cic. 1. Tusculan. quæst. Aut quid negotii est hæc Poetarũ, & pictorum portenta convincere? ¶ Virgil. 8 Aeneid. pro bono omine posuit, quum ait: ne quære profectò Quem ferant rebus portenta. Vbi Servius: Portenta modò significant bona omina quæ victoriam portendunt.

Portentōsŭs, a, um, Monstrosus, portento similis. [μορφώδης, μορφοδόξος. Gall. *Merveilleux, monstrueux.* Ital. *Mostruoso.* Ger. Wunderseltzam so etwas bedeutet. Hisp. *Cosa que significa algun mal.* Pol. Dziwny. Vng. *Tsudas.* Ang. *Monstrous, against nature.*] Cic. de Divinat. An verò illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? Plin. lib. 11. cap. 8: Portentosum est quod de ea traditur. Portentosa Græciæ mendacia, Plin. lib. 5. cap. 1.

Porthmĕus. [πορθμεύς. Gal. Vn passeur, ou passagier. Ital. *Passagiero.* Ger. Ein vberfahrer/einer der die leut vber ein wasser führt. Hisp. *Barquero que passa el rio.* Pol. Przewoznik. Vng. *Reuer.* Ang. *A ferrier.*] Græca dictio est disyllaba, quæ nobis portitorem significat: hoc est, eum qui homines in ulteriorem fluvii ripam, vel trans fretum, vel à littore ad navim trajicit. Nam πορθμεύειν Græcis est trajicere, & πορθμεῖον naulum quod pro trajectu solvitur: & πορθμὶς cymba ipsa portitoris. Virgil. hac voce laxes. Satyr. 3: Iam sedet in ripa, tetrumq; novitius horret Porthmea. Hinc Porthmis navis est quo à littore ad littus commeamus trajicimus.

Porticŭs, hujus porticus, pen cor. & fœ gen. q. [στοά. κιὼν, ὁ καὶ ἡ στοά. Gall. *Portique, pourmenoir, ou galerie, ou on se retire pour le Soleil ou pour la pluye.* Ital. *Portico.* Ger. Ein bedeckt ort in welchem man sicher vor der Sonnen/dem regen/ic spatieren kan/Ein Säulgang. Hisp. *Portal publico para passearse.* Pol. *Gánek podsienie.* Vng. *Tornacz.* Ang. *A gallerie or walking place out of the sunne.*] Locus est amplus, & spatiosus, tecto inclusus propter repentinos imbres, umbræ ac deambulationis gratia ædificatus. Cic. ad Attic. libro 4: In campo Martio sepia tributa comitiis munera sumus & tecta facturi eaq; cingemus excelsis porticibus. Virgil. 3. Aeneid. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Idem 2. Aeneid. Vnus ministrorum Priami per tela, per hostes Portibus longis fugit. Ovid. 1. de Arte: Seu pedibus vacuis illic spatiosa teritur Porticus. ¶ Porticus aliquando tentorium, & tabernaculum significat. Cicer. 2. Tuscul. ex pœta: Nunquam Aesculapii liberum fauci opplent porticus: quod videmus poëticè dictum pro taberna & officina, in qua saucios Machaone & Podalirio Aesculapii liberis curabãtur: qui in Graiorum castris medicinam faciebãt. ¶ Multæ Romæ insignes fuêre porticus: omnium tamen magnificentissima fuit, quam quod

quòd à Pompeio ædificata esset, Pompejanam vocabant: cujus meminit Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Tu modò Pompeja lentus spatiare sub umbra, Quum sol Herculei terga leonis adit.

Pŏrticŭla, æ, diminutivum. [βραχεῖα, ἢ μικρὰ στοά. Gall. *Petit portique.* Ital. *Piccola portico.* Ger. Ein verschlossen. Hisp. *Pequeño tal portal.* Pol. Czereczek. Vng. Tornaczicska. An. *A little gallerie.*] Cic. lib. 4. Epist. in porticula Tusculani.

Pŏrticŭlo, Legitur etiam pro porticu apud Macrum l. 36. D. de religios. & sumptu funer. Si amplum quid ædificari testator jussit, veluti in currum porticationes, eos sumptus funeris causâ non esse.

Pŏrtio, portionis, ft. quasi partio, Pars. [חֵלֶק *chélek.* μέρος. Gal. *Part portion.* Ital. *Parte portione.* Ger. Ein theil/Porz. Hisp. *Parte ensiin dela entero.* Pol. Część. Vng. Rez. Ang. *A part or portion.*] Plin. lib. 9. cap. 55: Sed quota hæc portio est? ¶ Hinc fit proportio, quæ est duarum rerum invicem facta comparatio. λόγος, ἀναλογία.

Pŏrtiuncŭla, portiŭcŭlæ, diminutivum. [μερίδιον. Gall. *Petite part ou portion.* Ital. *Piccola parte ò portione.* Ger. Ein kleiner theil/Pörzlin. Hisp. *Pequeña parte.* Pol. Cząstka. Vng. *Rezeszke.* Ang. *A little portion.*] Apulcius: Qui quum à me portiunculâ posceret.

Pŏrtĭscŭlus, portisculi, Hortator remigum, qui eam perticâ, quæ & ipsa portisculus dicitur, in manu tenens, hortatur remiges, urget, & cuncta pro potestate moderatur. [κελευστής. Gall. *Comite.* Ital. *Comito.* Ger. Ein Meister über die Ruderknecht/ der sie heysset und anweisset. Hisp. *Comitre.* Pol. Sternik. Vng. *Hatos palos.* Ang. *An exhorter of the rowers in a shippe.*] Plaut. in Asin. Tute habes portisculum. Ennius in Annal. Portisculus quum signum dare cœpisset. Ex Nonio.

Pŏrtĭtŏr, portitoris, m. t. Propriè dicitur, teste Valla, lib. 1. qui homines in ulteriorem fluvii ripam, vel de littore ad navim, vel de navi ad litus trajicit, quē Græci vocant *portelmea.* [πορθμεύς. Gall. *Garde ou fermier d'vn port, passeur.* Ital. *Passagiero che passa la gente al porto.* Ger. Ein vberfuhrer/Der die Leut vber die wasser führt. Hisp. *El barquero che passa estrecho.* Pol. Przewoznik. Vng. *Reuesz.* An. *A ferrier that useth passage ouer a water.*] Quapropter Charon inferorum portitor dicitur, quòd mortuorū umbras cymba futili per Stygiam paludem putetur tranvehere. Dictus autem portitor à portando, sicut vector à vehendo: quanvis Laurent. Valla existimare videatur à portu dictum esse portitorem. Virgil. 6. Aeneid. Portitor has horrendas aquas, & flumina servat Terribili squallore Charon. ¶ Dititur etiam portitor, eodem Laurentio teste, qui portorium: hoc est, fructus pecuniarios ex portu conduxit, quiq; nomine portorii stipem à venientibus exigit. Cic. ad Q. Fratrem: Qui nuper in portoriis Italiæ tollendis, non tàm de portorio, quàm de nonnullis injuriis portitorum querebantur. ¶ Accipitur etiam portitor pro eo qui aliquid portat. Stat. lib. 1. Theb. Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrsæ.

Pŏrtorium, rii, n. s. Naulum, & merces quæ datur portitoribus: hoc est, iis qui nos cymba vel pontone trans fluvium vel fretum trajiciunt. [πορθμεῖον. Gall. *Le peage ou impost qu'on paye aux ponts.* Ital. *Nolo pagamento à passare fiume, ò porto.* Ger. Der fuhrlon vber ein wasser. Hisp. *El flete que se paga al barquero.* Pol. Zapłata za przewoz. Vng. *Hayober.* Ang. *Frayte for cariage or passage, tollage.*] ¶ Item vectigal quod portitori solvitur: hoc est, illi qui recepit proventum portuū, vel fluminum, vel lacuum, vel stagnorum. τελώνιον. Lucilius lib. 12: Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Plaut. in Asin. Iam ego hunc portitorem privabo portorio. Cicer. 1. de Invent. Nam si Rhodiis turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere. Idem 4. Verr. His pro rebus quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium.

Pŏrto, portas, act. p. Fero, affero, gero, & tàm de animo quàm corpore dicitur. [נָשָׂא *nasá*] סָבַל *sabál.* φέρειν, κομίζειν. Φέρω, βαστάζω. Gal. *Porter.* Ital. *Portare.* Ger. Tragen. Bel. Draghen. Hisp. *Llevar ó traher.* Pol. *Nosić.* Vng. *Hordom vsse lom.* Ang. *To bring or beare.*] Terent. in Andr. Dii boni, boni quid porro? Plaut. in Aulular. Vbi onus nequeā portare pariter, jaceam ego asinus in luto. Plin. lib. 11. cap. 17: Apes fessum regem in humeris sublevant, validius fatigatum ex toto portant. Ovid. 2. Trist. Et latro, & cautus præcingitur ense viator: Ille sed insidias, hic sibi portat opē. Virg. 9. Aeneid. Multa patri portanda dabat mandata. ¶ Portare item dicimur, quum navibus aut jumētis aliquid nobiscum vehimus. Virg. 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor, Ilium in Italiam portans, victosq; penates. Ibidem: -portantur avari Pygmalionis opes pelago. ¶ Portare auxilio dicimus, pro adjuvare. Salust. in Catil. Post ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabat. ¶ Hujus cōpolita sunt, Apporto, Asporto, Cōporto, Deporto, Exporto, Importo, Reporto, Supporto, & Transporto: quorum significata vide suis locis.

Pŏrtŭ, to, portitas, frequent. Gel. lib. 20. cap. 1: Crumenam plenā aissium portitans.

Pŏrtātŭs, tus, verb. m. q. Actus ipse portandi. [βάσταγμα, κόμισμα. Gall. *Portement.* Ital. *Portamento.* Ger. Tragung. Hisp. *Llevamēto.* Pol. *Noszenie.* Vng. *Hordozas.* Ang. *A bearing or bringing.*] Plin. lib. 9. cap. 55: Tædia exquisita perditore portatu.

Pŏrtŭlācā, f. p. Herba est frigida & humida quæ dentium tollit tuporem. [ἀντήκιον. Gal. *Pourpier.* Ital. *Porcellana porcellachia.* Ger. Burgel oder burgeten. Hisp. *Verdolaga.* Pol. *Kurza noga, ślazowe ziele.* Ang. *Purslayn.*] Plin. lib. 25. cap. 23. & lib. 20. cap. 20 & Dioscor. lib. 2. cap. 138.

Pŏrtūnālĭa, Inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunū vocant, instituta. πανήγυρις. Eadem & Isthmia dicebantur, ab Isthmo Peloponnesiaco ubi solebant celebrari.

Pŏrtŭs, us, m. q. in dativo & ablativo plurali portubus. Locus in litore naves ab hyemis tempestatumq; injuria vindicans. [λιμήν *chéphi limēn.* Gal. *Vn port.* Ital. *Porto.* Ger. Ein Schiffport/ Schifflende/ Ein köstlich Gestad die schiff darein zu stellē/ Meerhafen. Bel. Een haven. Hisp. *Puerto.* Pol. *Port, stanowisko, śliadodyi.* Vng. *Part vsz.* Ang. *An hauen for shippes.*] Cic. in Verrem: Statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Metaphoricūs accipitur pro loco tuto, & quodam adversarum rerū perfugio. Cicero ad Brutum: Quanquā tum & fugæ portus erat in tuis castris, & perfugiū salutis in tuo exercitu. ¶ Inde proverbii metaphora, Rem in portu esse dicimus, pro esse in tuto, & extra omne periculum. Plaut. in Merc. In portu res est. Item in portu navigare, pro securum esse, & omni periculo defunctum. Tracta est metaphora à navigantibus, qui quum in medio mari navigant, undarum & ventorum arbitrio jactantur: contrà, quum se in portum receperint, nihil habent negotii cum undis & ventis. ¶ Impingere in portu, est in ipso statim operis initio peccare.

Pŏrtŭōsŭs, portuosa, portuosum, Multos portus habens. [λιμενώδης. Gall. *Qui a beaucoup de ports.* Ital. *Domolti porti.* Ger. Das viel schiffporten oder schiffunden hat. Hisp. *Cosa que tiene muchos puertos.* Pol. *Maiący gesle stanowiska.* Vng. *Rensi.* Ang. *Full of hauens.*] Salust. in Iugurtha: Illam alteram specie quàm usu portuosiorem, quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat, &c.

Pŏrŭs, pori, priore prod. m. s. πῶρος. A medicis appellatur callus perdurus, ossium & cartilaginis fractura ferruminans. Ossa enim & cartilago, quòd partes spermaticę sint, semel fracta, nunquā renascuntur. Ex viscosiore tamen alimenti parte callus quidam gignitur, quo veluti glutino conjungūtur. Autor Gal. 6. Therap. ¶ Porus item genus est lapidis, Pario marmori candore & duritia similis, minus tamen ponderosi, quē Plinius inter eos annumerat qui cadaveribus asservandis sunt idonei. lib. 36. cap. 7. ¶ In articulis itē pori dicuntur tumores, ex crasso terrestriq; humore in eos ingruente collecti: qui nonnunquā etiam contrahuntur ex medicamentorum quorundam usu, quæ multùm discutiendi siccāndiq;, nullam autem molliendi vim habeant. ¶ Pori pen. corr. πῶροι, etiam à medicis appellantur meatus cutis, per quos sudor erumpit, & pili.

Pos, Videtur potiùs significare pontem quàm potentē, inquit Varr. lib. 2. de Ling. Latin.

Pŏscā, scx, f. p. Potio ex aquæ aceti; mistura temperata [ὀξύκρατον. Gal. *Breuuage d'eau & de vinaigre, buuette ou vin de dessense.* Ital. *Vino da dispensa leggiero, mistura di aqua & aceto per medicina.* Ger. Ein sawertrand/ sauren/ vermischung des wassers mit essig das es sawer wird. Hisp. *El aguapie, mezcla de agua y vinagre.* Pol. *Kwas kwasny trunek złożony z octu y wody.* Vng. *Ecetes elegy teabol nez ital.* Ang. *A drink of water and vineger mingled together.*] Plin. lib. 30: Tormina sanat palumbus fœtus, ex posca decoctus. Celsus puscam appellat per quintam vocalem: Aetius, & Aegineta etiam phuscam.

Poscinumius, a, um. αἰτημοσύνης, qui poscit numos, unde basilica meretricia poscinumia dici possunt, quippe quæ nihil aliud quàm numos poscant.

Pŏsco, poscis, popōsci, n. t. Postulo, mihi rem debitam peto. [שָׁאַל *schaál.* αἰτεῖν, ἀξιοῦν. Gall. *Demander.* Ital. *Domandare.* Ger. Begeren etwas bittens/ fordern so jm̃ von einem schuldig ist. Hisp. *Demandar.* Pol. *Żądam.* Vng. *Meg kena nom, kerdem.* Ang. *To require, to aske.*] Varro: Poscere est quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donatus: Poscimus imperiosè: postulamus jure. ¶ Aliquando ponitur pro provocare: ὀνειδίζειν. Virgil. 8. Aeneid. Haud ācrem dubites in prælia poscere Turnum. Cic. 3. Verr. Poscunt majoribus poculis: id est, provocāt se mutuo ad largius potandum. ¶ Aliquando pro indicare rem venalem, & pretium ejus taxare. Plautus Mercat. Tanti, quanti poscit, vin' tanti emam illam? G H A R. Auctariū adjecto vel mille numum, plus quàm poscet. ¶ Aliquando pro requirere, exigere. Cæs. 4. bel. Gall. Ad quos se celeriter, quum usus poscit, recipiunt. ¶ Hujus composita sunt; Apposco, quod est jure

posco, exigo, αἰτέω, ἐρωτῶ. Terent. in Heavt. Minas quidem jam decem habet à me filia, Quas pro alimentis esse hûc duco datas: Hasce ornamentis consequenter alteras: Porrò hæ talenta dotis appoſcent duo. ¶ Depoſco, vide suo loco. ¶ Expoſco, multum, seu importune adeò, aut publicè posco, ἐξαιτέω. Liv. lib. 1: Pacem precibus expoſcunt. Virgil. 7. Aeneid. Sed votis precibusq; jubent expoſcere pacem. ¶ Repoſco, quod meû est repeto, ἀπαιτέω. Virgil. Parthosq; repoſcere signa. Plaut. in Cure. Quam tui virginem me repoſcis?

Poſitio, Poſitus, Poſitura, Vide PONO.

Poſſeſſor, Poſſeſſio, Vide POSSIDEO.

Poſſibilis. Vide POSSVM.

Poſſĭdĕo, poſſĭdes, act. 2. in Pandect. In dominio, seu potestate mea habeo: ex Antiquo nomine pos, quod potentem significabat, & verbo sedeo, ut possidere dicatur, qui potest sedere: id est, sedem atq; habitationẽ suam aliquo in loco collocare. [ירשׁ jaraſch. אחז achaz. κτάομαι, νέμομαι. Gal. Poſſeder. Ital. Poſſedere. Ger. Beſitzen. Bel. Beſitten. Hiſp. Poſſeer. Pol. Oſiadł'em. Vng. Birom. Ang. To poſſeſſe or haue.] Teren. in Andr. Quæ illius fuerunt, possidet. Idem in Adel. Quid hoc rei est? regnumne Aeschine hic tu possides? Cic. pro Quintio: Omnia autem bona possessa non esse constitui, quòd bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in universis quæ tenent ac possident: possunt. Idem ad Attic. lib. 2: Si mentionem fecerint quo aliter ager possideatur. ¶ Possidere bona publicè, est quod *in manu regia ponere* dicimus.

Pōssĕssŭs, sa, sum particip. [ירשׁ jaraſch. κτηθείς. Gal. Poſſedé. Ital. Poſſeduto. Ger. Beſeſſen. Hiſp. Poſſidido. Pol. Poſiadł y.] Ovid. 1. Amor. Eleg. 2: Et possessa ferus pectora versat amor. Possidere bona ex edicto, est per adjudicationem, sive per decretum.

Pōssĕssĭo, ōnis, f. q. Possessio. [κτῆσις. Vn. Birodalom, birtok.] Apuleius in Apologia: Nam & contrà plurimis rebus possessu careo, usu fruor.

Pōssĕssĭo, possessionis, f. t. In Pand. Est actus, sive ipsum jus possidendi. [ירשׁה jeruſchâh. אחזה achuzâh. κτῆσις, νομή. Gall. Poſſeſſion. Ital. Poſſeſſione. Ger. Ein beſitzung. Bel. Een beſittinge. Hiſp. Poſſeſſion. Pol. Właſnoſć, oſiadłoſć. Vng. Birtok bírkozás. Ang. Poſſeſſion.] Cic. 2. Offic. Quinquaginta annorum possessiones movere, iniquum putabat. Item pro Quintio: Bonorum possessio spectatur, non in aliqua parte, sed in universis quę tenere & possideri possunt. ¶ Possessio fiduciaria, quæ ea conditione nobis traditur ut eam alteri postea restituamus. Liv. lib. 32: Nabidi eam tyranno velut fiduciariam (subaudi ex superioribus, possessionem) dare optimum visum, ut victori sibi restitueret: si quid adversi accidisset, sibi haberet. ¶ Interdum Possessionis nomine intelligimus fundum, sive agrum, aliámve quamvis rem immobilem. Cic. in Catil. Qui magno ære alieno majores etiam possessiones habet. Idem in Parad. Etenim si isti callidi rerũ æstimatores, prata & areas magno æstimant, quòd ei generi possessionum nemo nocere potest, &c. Cic. ad Valeriũ: Is habet in Volaterrano possessionẽ. Vide Possideo.

Pōssĕssĭuncŭla, æ. diminutivum. [κτημάτιον, τὸ κτημάτιον. Gall. Vn petit heritage, petite poſſeſſion. Ital. Piccola heredita. Ger. Ein kleine beſitzung. Hiſp. Pequenna heredad. Pol. Dziedzinka. Vng. Birtokocska bírkocskeske. Ang. A little heritage or poſſeſſion.] Cic. ad Att. li. 13: Credas velim mihi majori offensioni esse quàm delectationi, possessiunculas meas.

Pōssĕssŏr, possessoris, m. t. Qui possidet. [ירשׁ jaraſch. ὁ κτησάμενος. Gall. Poſſeſſeur. Ital. Poſſeſſore, poſſedatore. Germ. Ein beſitzer. Hiſp. Poſſedor, ò que poſſee. Pol. Ten ktory poſiada. Vng. Birò, birkòr. An. That enioyeth or poſſeſſeth.] Liv. 3. ab Vrbe: Ita sine querelis possessorum, plebem in agros ituram, civitatem in concordia fore. Virg. 9. Eglog. Quod nunquã veriti fumus ut possessor agelli Diceret: Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Pōssĕssōrĭus, ad possessionem pertinens. [Vn. Birodalomhoz, birtokighoz valo.] Iavolenus D. lib. 8. Tit. 1. l. 2: Ego puto usum ejus viris pro traditione possessionis accipiendũ esse. Ideoq; interdicta veluti possessoria constituta sunt.

Pōssĕssrīx, possessricis, f. t. [ירשׁת jeruſchath.] ut Possestrix monilis apud Afranium, referente Nonio.

Pōssĕssīvus, possessiva, possessivum, ut nomen possessivũ, quo res possessa significatur. κτητικός. ut Euandrius ensis, qui ab Evandro possidetur. Aedes regiæ, quas rex possidet.

Pŏssum, potes, potui, ex pos & sum. Quasi pos sum: id est, potens sum: pos enim antiquis erat potens. [יכול jachol. δύναμαι. Gall. Pouuoir, auoir puiſſance. Ital. Potere. Germ. & Bel. Mögen. Hiſp. Poder. Pol. Mogę. Vng. Meg lehet. Ang. To may, to haue power.] Construitur quandoq; cum ablativo. Liv. lib. 10. ab Vrbe: Pecunia deinde qua multum poterant freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur. Habet aliquando post se accusativum, sed hoc non nisi per subauditionem alterius verbi. Virgil. 8. Eglog. non omnia possumus omnes. subaudi facere, vel præstare. Sæpiùs ponitur sine casu. Plaut. Non hic ut possit edacem posse cupit, ut edat. ¶ Ponitur aliquando pro valere, & bene habere. ὑγιάζω. Cic. 1. Tusc. Nihil enim dolet nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia. ¶ Dicimus venisse, Potest fieri, pro possibile est: Nõ potest fieri, pro impossibile est. Aliquando solùm potest ponitur, nec exprimitur fieri. Plaut. in Pseud. Potest ut sibi ita arbitrentur, ego ut ne credam tibi. Cicer. ad Lentulum: Poterat utrunq; præclarè, si esset fides, &c. id est, utrunq; poterat fieri. ¶ Iungitur interdum accusativo cum præpositione apud, & valeo significatur, hic apud principem plurimùm potest: hoc est, valet, vel habet magnam autoritatem apud principem. Cicer. 3. Verr. Loquebantur enim decumani palàm, & præter cæteros is qui apud illum plurimùm poterat, &c.

Pŏs-partōres, Sunt nostri Successores & hæredes, qui post nos nostra adepti bona possident. Plaut. in Truculento: Vide ne parta demus post-partoribus.

Pŏtĕssum, Veteres dicebant quod postea possum, δύναμαι. Terent. in Eunuch. At pol ego amatores audieram mulieres esse maximos, Sed nihil potesse. Plaut. in Aulul. Censẽ' talentum magnum exorari potesse Ab isto sene?

Pŏtĕstŭr, pro potest, Frequens apud antiquos, Nonio teste. Pacuvius: Si qua potestur invehi via. Lucretius lib. 3: Quod tamen explen nulla ratione potestur.

Pŏtĕns, tis, om. t. Tàm participiũ quàm nomen, à possum. δυνατός. Gall. Qui peut, poiſſant. Ital. Potente, che vale aſſai. Ger. Vermögen/mechtig. Bel. Machtich. Hiſp. Poderiſo ò famoſo. Pol. Mocny. Vn. Hatalmas. Ang. That hath power or is able.] Sed quãdo participiũ est, tempus significat, & accusativo jungitur, vel verbo infinito, nec comparationem accipit: ut multa potens, potis pugnare. Quando verò nomẽ; caret tempore, & genitivo jungitur, & comparationem accipit. Liv. lib. 26: Dum libet, dum mei potens sum, effugere morte, &c. Cicero Attic. lib. 2: Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. Duo reges potentissimi, apud eundem pro Lege Manilia: Potens imperii, qui imperium obtinet. Potens regni: id est, regno maturus. Livius: Iuvenem jam esse dicitans, ac regni potentem. Idem 8. ab Vrbe: Inter sarcinas objacentes, neq; pugnæ neque fugæ satis potentes, cædunur. Potens viri virgo: id est, nobilis, & viro matura. Diva potens uteri. Ovid. 9. Metamorph. Ilithyam intelligit, quam Latinè nos Lucinã vocamus. ¶ Potens cum ablativo. Virgil. 1. Aeneid. Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ. Ovid. Epist. 13: Classe viriq; potens. ¶ Potens substantivum. Lucan. lib. 1: Ausus & armator plebi miscere potẽtes. Cic. pro Domo sua: Itaq; quum tu florens & potens per medium forũ popularis volitares, &c. Hujus contrarium est Impotens, de quo suo loco. A quibus potentia, & impotentia, potenter, & impotenter.

Pŏtentĕr, adverbium. [ἰσχυρῶς, δυνατῶς. Gall. Puiſſamment. Ital. Valoroſamente, conforte. Ger. Gewaltiglich/vermögentlich. Hiſp. Poderoſamente. Pol. Mocnie. Vng. Hatalmaſſan. Ang. Mightily.] Horat. in Arte: cui lecta potenter erit res. Quint. lib. 4. cap. 1: Quod in altercatione fit potentius.

Pŏtentĭa, æ. f. p. Potestas sive vis. [יכולת jechôlath. כח choach. δύναμις. Gall. Puiſſance, force, autorité. Ital. Potenza poſſanza, forza. Ger. Macht vñ gewalt/vermögenheit. Hiſp. Potencia ſamano. Pol. Mocnoſć. Vng. Hatalom. Ang. Power, might.] Virgil. 1. Georgic. Ne tenues pluviæ, rapidive potentia solis Acrior, &c. ¶ Crebrò pro autoritate, & opibus usurpatur. Cic. 2. de leges. Potentia est, ad sua conservanda, & alterius obtinenda idoneorum rerum facultas. ¶ Differunt autem secundum Priscianum, Potentia, & Potestas: quòd Potestas magis pro re accipitur, Potẽtia pro dominatione. Cic. 3. Offic. Qui omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. Plin. Epist. 7. lib. 3: Fuit inter principes civitatis fine potentia, sine invidia.

Pŏtentātŭs, us, m. q. Potẽtia, principatus. [שלטון shilthôn. δυναστεία. Gall. Domination, autorité. Ital. Potentato. Ger. Ein gwalt oder Herrſchafft/ der ſtand des Gewaltigen. Hiſp. Señorio, ſeñoria. Pol. Państwo. Vng. Vraſagh hatalmaſſag. Ang. Power, autority.] Cæs. 1. bell. Gall. Hi quũ tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, &c. Liv. 6. bell. Pun. At ille cùm ab re aversus, tum æmulo potentatus inimicus, tẽ Annibali aperit.

Pŏtēstās, tis. f. t. à verbo Possum deducitur. [יכולת jechôlath. שלטון shilthôn. δύναμις, ἐξουσία. Gall. Puiſſance, ſouueraineté. Ital. Poteneza. Ger. Gewalt. Hiſp. Potencia ſeñorio. Pol. Mocnoſć. Vng. Hatalom. Ang. Power, lordſhip, might.] & multa significat, ut Paulus inquit l. Potestatis. de Verbor. significa. Nam in persona magistratuum, imperium significat: in persona liberorum, patriam autoritatem: in persona servorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione quum eo qui servum aut defendit, præsentis corporis copiam & facultatem. ¶ Potestates etiam ipsi dicuntur, qui potiuntur rerum, atque in potestate constituti sunt, quos Græci δυναστεῖς vocant: & hique magistratus gerunt, & habent merum imperium: hos ell. Gradii potestatem, ut ajunt, ad animadvertendum in facinorosos homines.

bominem, & judiciis præsunt. Vnde non inepte Prætores urbis, vulgò nunc *potestates* dicuntur. Suet. in Claudio: Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis & tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuũ: atq; etiam per provincias potestatibus demandavit. Plin. lib. 29. cap. 4: Pingue draconis in pede dorcadum nervis cervinis adalligatũ in lacerto, victoriam judiciorũ conferre existimant: primum spondylum, aditus potestatum mulcere. ¶ Potestas item pro consilio & ratione. Hinc exire aliquem de potestate dicimus, mẽtis impotem fieri. *ἐξεστακέναι*. ut apud Cic. 4. Tusc. Iratos proprie dicimus exisse de potestate: id est, de mente & consilio esse dejectos. ¶ Varius est hujus vocis usus. Dicimus enim, dare potestatem alicujus rei cuipiam. Deferre alicui alicujus rei potestatem. Facere potestatem. Facere potestatem alicujus adeundi, & conveniendi. Habere potestatem alicujus rei: Habere aliquem in sua potestate. In potestate alicujus esse: id est, alicui obtemperare, & ejus consilium sequi. Non solùm eorum est, qui coacti parent, sed qui sua sponte, & tanquam autorem rerum sequuntur, quas gerunt. Permittere potestatem alicui alicujus rei. Pervenire in potestatem alicujus. Ponere quippiam in potestate alicujus. Privare potestate aliquẽ quicquam faciendi. Reddere potestatem alicui alicujus rei. Redigere aliquem in suam potestatem. Redire in potestatem. Sub potestate alicujus esse. Suscipere in potestatem. Dimittere ex potestate. Tenere aliquem in sua potestate. Tradere potestatem alicui alicujus rei. Venire in potestatem alicujus. ¶ Dicimus quoque, Potestas tua est, pro Tu potes. Quæ tum erat potestas, dixit Cicero pro Cluentio, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus verbũ possum ponitur, efferri possunt eleganter per nomen potestas. Terent. in Andr. Cujus tibi potestas summa servandi datur: id est, quem potes servare. Idem: Potestas fuit liberiùs vivendi: id est, potuit liberiùs vivere. Cicer. pro Quintio: Potestas tibi fuit quotidie hominem admonendi: id est, potuisti quotidie hominem admonere. Plautus in Stic. Malefaciendi est mihi potestas: id est, possum malefacere.

Potĭtam, pro potestate veteres usurparunt. Plautus: Neq; desidiæ in ullo operam dedisse, neq; potitam sibi fuisse, adeò acrẽ cohibitum esse à patre.

Possibĭlis, possibile, omn. dicitur quod fieri potest: cui opponitur Impossibile. [*δυνατὸν*. Gall. *Possible*. Ital. *Possibile*. Ger. Mögelich. Hisp. *Cosa que puede ser*. Pol. *Mozny*. Vng. *Lehetseges*. Ang. *Possible, that may be*.] Plautus in Stycho: Possibile est tandem Stantem stanti suavium dare amicum amicæ? Quint. lib. 3. cap. 8. possibile, durum ait esse vocabulum, sed necessariũ, quum aliud non habeamus: Melius ergo (*inquit*) qui tertiam partem fecerũt *δυνατὸν*, nostri possibile nominant, quæ ut dura videatur appellatio, sola tamen est.

Post, præpositio, quę & cõposita & separata invenitur. [אחר *achar, acharon*. Gall. *Apres*. Ital. *Dapoi, dopo*. Ger. Nach/hynder. Bel. Na. Hisp. *Despues*. Pol. *Potim*. Vng. *Vtan*. Ang. *After*.] Separata ordinem demonstrat sive loci, sive temporis, sive alicujus alterius rei: & deservit accusativo. Virg. 9. Aeneid. Sed magnũ meneas te post cratera tegebat. Idem 1. Eglog. Post, aliquot mea regna videns, mirabor aristas. Horat. li. 1. Epist. O cives, cives quærẽda pecunia primũm est: Virtus post nũmos. ¶ Quãdoq; loco adverbii, postea usurpatur, & hoc quando nulli casi servit, aut quando jungitur ablativo *τοῦτο*. Virgil. 1. Aeneid. Post mihi non simili pœna commissa luetis. Salust. Vbi Periculum advenit, invidia atq. superbia post fuêre. Cum ablativo. Virgil. 6. Aeneid. - ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ, longo post tempore visum. In compositione eandem ferè habet significationem quam separata: ut Postpono, Posthabeo, Posthac, Postea.

Pŏstĕā, componitur ex post & ea, Exinde, deinde. [אחרכן *achar chen* אחריכן *achare chen. ἐκεῖνα μετὰ ταῦτα*. Gal. *Apres, depuis, apres ce*. Ital. *Dapoi*. Ger. Darnach/demnach. Bel. Daerna. Hisp. *Despues*. Pol. *Napotim*. Vng. *Az vtan*. Ang. *Afterward*.] Salust. in Catil. Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est. Hinc fit postcaquã, *ὑστέρα*, sicut à post, postquam: quæ ambæ connexivæ particulæ sunt, quibus prædictis sequentia connectuntur. Cicero Planco: Et abfui proficiscens in Græciam, & postea quam de meo cursu reipublicæ sum voce revocatus, nunquam per Marcum Antonium quietus fui. Aliquando inter postea & quam, interponitur verò, & significat, sed postea quam. Cicero Appio: Postea verò quam ita cœpit. ¶ Grammatici docent ultimam syllabam adverbii Postea, esse producendam, quemadmodum videmus fieri in similibus adverbiis antea, præterea, interea, propterea, & si qua sunt id genus alia. Apud Ovidium tamẽ ferè semper corripuitur lib. 1. Fasto. Postea mirabar cur non sine litibus esset Ille dies. Et alibi: Quæ semel amissa postea nulla redit.

Postĕrgo, *μεθήμων*, posthabeo, relinquo, postpono, & quasi post tergo jacio: a quo Postergator, & postergatio.

Pōstĕrĭus, a, um, Temporis ordine subsequens: ut postera dies: id est, sequens. [אחרון *acharon. ὕστερος*, *ἑπόμενος*. Gall. *Qui vient apres, qui suit apres, suivant*. Ital. *Che segue, appresso, subsequente*. Ger. Das nachgehendig. Hisp. *Cosa siguiente despues de otra*. Pol. *Zadny, ostatny*. Vng. *Következendo, azutan valo*. Ang. *That commeth after*.] Virgil. 4. Aeneid. Postera Phœbæa lustrabat lampade terras. Cic. 4. Verr. Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere. Ibidem: Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat. ¶ Hinc posteri dicuntur, quicũq; ex nobis & post nos etiã ex aliis nascetur. [*μεταγενέστεροι, ἐπίγονοι*. Gall. *Successeurs, ceux qui viendront ou sont nez apres*. Ital. *Nostri descendenti, che vengono dopo di noi*. Ger. Die Nachtommen/Nachfahren. Hisp. *Los descendientes, generacion venidera*. Pol. *Potomkowie*.] Cicer. 3. de Natura deorum: Expectantur hæ pœnæ à liberis, à neponibus, ac posteris. Plin. lib. 12. cap. 1: Tam digna miraculo, ut Licinius Mutianus prodendum etiam posteris putarit. ¶ In posterum prospicere, in posterum differre: hoc est, in posterum tempus. Cicero pro Muræna: Sapiens ac multa in posterum prospiciens. Idem ad Atticum: Distulimus sermonem in posterum. Hujus antitheton est In præsens. Cicero in Catil. Magna tempestas invidiæ, si minus in præsens, at in posterum impendet. ¶ Posteri pedes: hoc est, posteriores qui post primos sunt, *ἐπίλοιποι*. ¶ Postero, absolutè, pro postero die. Tacit. lib. 4: Idemq; quum postero ad quæstionẽ traheretur. Hinc deducitur Præposterus: hoc est, perversus, qui rerum ordinem perturbat. *πρόστροπος*. Cicero Cæl. Præposteros habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen quum à me discedunt, flagitant literas: quum ad me veniunt, nullas affert. Quintil. Præpostera res occidere, deinde erubescere. ¶ Præpostera libido, nefandum masculæ libidinis flagitiũ, quo naturæ sexusq; ordo pervertitur. *κιναιδεία*.

Pōstĕrĭŏr, & hoc posterius, comparativum. [אחרון *acharon*. *ὕστερος*. Gall. *Qui vient apres, qui suit apres, posterieur*. Ital. *Che segue, che viene appresso, qui vien dietro*. Ger. Das nachgehende/ nachfolgende. Hisp. *Postrero entre dos*. Pol. *Zadni*. Vng. *Vtolb valo vtossób*. Ang. *That followeth after*.] Vnde posteriora in animali dicuntur quę à tergo sunt, & à facie aversa. Cic. 12. Phil. Posteriores cogitationes (ut ajunt) sapientiores solent esse. ¶ Interdum idem est quod vilior, abjectior, & minoris pretii. Idem Att. lib. 10: Quorum utrique semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. Idem 3. Philip. Tu verò ita vitam, corpusq; servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc posteriora libertate ducas. Idem in Pison. Nihil isto posterius, nihil nequius. Terent. in Adelph. Si id fit dando, atq; obsequendo, non posteriores feram. Vbi Donatus: Nõ posteriores feram, subauditur, partes. ¶ Posteriora & Superiora opponuntur. Cic. 3. de Orat. Paria esse debent posteriora superioribus.

Pōstrēmŭs, superlativum, Vltimus, [אחרון *acharon*. *ὕστατος*, Gall. *Tout le dernier*. Ital. *Vltimo*. Ger. Der aller letst/der hinderist. Hisp. *Postrero, vltimo*. Pol. *Ostatny*. Vng. *Legvtsó*. Ang. *The last of all*.] Terent. in Phorm. Hæc denique ejus fuit postrema oratio. ¶ Postremos homines, pro perditissimis, & sceleratissimis, dixit M. Brutus in Epistol. ad Cic. Quòd si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus. Cicero pro Roscio Amerino: Sin autem id actum est, idcirco arma sumpta sunt ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas unius cujusq; impetum facerent, &c.

Pōstrēmissĭmŭs, veteres pro postremo dixerũt. *ὕστατος*, quemadmodũ & postremitas pro extremitate: ut annotavit Sipontinus. Gracchus apud Aulum Gell. lib. 15. cap. 12: Omnium nationum postremissimum, nequissimumq; existimatore.

Pōstĕrĭŏrĭtās, adver. Postea, Posteriore loco, paulò post. [אחרכן *achar chen* אחריכן *achare chen. ὕστερον*. Gall. *Apres, depuis*. Ital. *Dapoi*. Ger. Darnach/nachmals/nachmalen. Hisp. *Despues*. Pol. *Nastatek*. Vng. *Vtolb*. Ang. *Afterward*.] Plaut. in Epid. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere, Quod plus sapitis. Plaut. in Amphit. Ne tu posterius in me culpam transferas. Cic. 6. Ver. Tum mittit Rex ad illum: si sibi videatur, ut reddat: jubet iste posterius ad se reverti.

Postrēmo, adverbium ordinis, Denique, ultimo loco, tandem. [*τὸ ὕστατον, τὸ τελευταῖον*. Gall. *Finalement, pour la derniere fois, à la parfin*. Ital. *Vltimamente, finalmente*. Ger. Zuletst/endlich. Bel. Tenlaetsten. Hisp. *Postreramente, vltimamente*. Pol. *Ostatnie*. Vng. *Vtoszor, vegezetre*. Ang. *At the last*.] Sallust. Postremò omnibus modis pecuniam trahunt. Pro eodem: Ad postremum æque dicitur. In posterum verò, significat in futurum tempus. *τὸ λοιπόν*. Quintil. lib. 1: Multa linguæ vitia nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur.

Pōstrēmŭm quoque superlativum adverbialiter ponitur: ut ultimùm. Terent. in And. Si id facis, hodie postremùm me vides.

Pōstĕrĭtās, posteritatis. f. t. Ipsi posteri, vel ætas subsequens. [אחרית *acharith*. *τὰ μετὰ ταῦτα γενόμενα*. *τὰ λοίπα*. Gall. *Posterité*.

Ital. *Posterità*. Ger. Die Nachtomung deren so nach vns seyn werden. Hispan. *La generacion venidera, los descendientes*. Pol. *Potomni*. Vng. *Maradek*. Ang. *Posteritie*.] Cic. in Lælio: Quo in genere spectare videor, Scipionis & Lælii amicitiam notam posteritati fore. Idem 1. Tusc. Quum optimus quisque maximè posteritati servit. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 5: Quam laudem à sera posteritate ferat.

Pŏstĕ̆o, pen. corr. act. inconseq. Postpono, Posthabeo. [אחר *bazáh. בזה אחרי שׂים*. Gall. *Postposer, estimer moins*. Ital. *Posporre*. Ger. Nachsetzen, ringer schetzen. Hisp. *Posponer*. Pol. *Na zad kłade*. Vng. *Veol vetbm*. Ang. *To esteme lesse*.] Plin. lib. 3. cap. 4. de Narbonensi provincia loquens: Vrbibus, & agrorum cultu, virorum, morumq; dignatione, amplitudine opum, nulli provinciarum postferenda.

Pŏstfŭ̆ĭt. Posthabitum est. Salust. Sed ubi periculum advenit, invidia, atq; superbia postfuêre. Budæus.

Pŏstgĕnĭtī, divisis dictionibus, Posteri. [*ai pem Xoiegoi*. Gall. *Nés, engendrez, ou provenus apres*. Ital. *Che vengono dopo di noi*. Ger. Die nach kommen, so hernach geboren werden. Hisp. *Los descendientes*. Pol. *Potomkowie*. Vng. *Vramunk valok*. Ang. *The posteritie*.] Horat. 1. Carm. Ode 24: Clarus post genitis.

Præsum, præes, præesse, Præfectus sum, curam rei alicujus habeo. [שׂכל *sichalâh* משל *maschal.* ἐπιμελοῦμαι, ἐπέχω τινος. Gall. *Avoir la charge de quelque affaire, estre president.* Ital. *Essere sopra accordo de alcuna affare, essere preposto.* Ger. Vorstehen/ein fürgesetzter oder Oberer seyn. Bel. Overste syn. Hisp. *Presidir ò ser en gouierno sobre otro.* Pol. *Iestem przełożony.* Vng. *Elöttök iaro vagiok, valamiben fölvagiok.* Ang. *To haue charge and ouersight.*] Salust. Et pro cujusque opibus Romæ per totam urbem vigiliæ haberentur, binique majores magistratus præessent. Cicer. 4. Acad. In Asiam Quæstor profectus, ibi per multos annos admirabili quadam laude de provinciæ præfuit. Exercitui præesse, Plancus Senatui, lib. 10. Epist. Navibus & classi præesse, Cic. 7. Verr. Sacris præesse, Cic. de Arusp. resp. ¶ Præesse quoque verbum est, proprium Iurisconsultorum, cùm litigatori autores erant, ut jure agerent. Hinc illud P. Mutii Scævolæ, in lib. de Orat. 1: Id nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, multisq; præessem qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu conseetum vocarent. Hinc illud Ciceronis de Chelidone amica Verris: Statuunt petere auxilium à Chelidone, quæ isto præsente non modò in Iure Civili, privatorumq; omnium controversiis populi Romani præfuit, verumetiã in his sanis tectis dominata est. Sic Pompon. in l. 2. de orig. juris: Augescente civitate & qui præerant, agendi genera composuerunt. Ex Hatomano.

Præsens, tis. sicut à possum, potens, absum, absens: & proprièsignificat quod nunc sit, vel sine mora: & qui in conspectu est, sive qui abest. [ὁ παρὼν. Gal. *Present.* Ital. & Hisp. *Presente.* Ger. Gegenwirtig. Bel. Tegen woerdich. Pol. *Przytomny.* Vng. *Ielen való.* Ang. *Present.*] Plautus: Agite si vultis, præda erit præsentum: id est, eorum qui hic adsunt. Virgil. 1. Aeneid. Præterea, minis intentant omnia mortem. ¶ Quandoq; præsens dicitur, non quod nunc sit, sed quod tunc fiebat id est, tempore patento, tunc præsenti: sive quod fiet futuro tempore, quod nunc erit præsens. Cicero: Ego incolumitati civium primùm, & postea dignitati ille præsenti potiùs, quàm futuræ dignitati consulebat, de mortuo loquitur: ideoque non nunc præsenti, sed tunc. Cicero Quint. Frat. Cætera [ut tu scribis] præsenti sermoni reservemus: id est, sermoni qui aliquandoinnos præsens habebitur. ¶ Sic etiam, in præsens, in præsentia, & in præsentiarum significant præsenti tempore, quod vel præsens est, vel fuit præsens, vel præsens erit. Vlpianus de Tabul. exhib. Quid enim si occultatæ tabulæ postea prolatæ sint cur noceat ei qui respõderit quod in præsentiarum existimatur? Salust. in Iugurt. Si causa peccandi in præsens minus suppetebat. Horatius: Pieraq; differat, & præsens in tempus omittat: id est, in suum tempus. Terentius in Phorm. Provisum ei ne in præsentia hæc hinc abeat. Cæs. in Comment. Cæsar ubi in prælio continebat, ac satis habebat in præsentia hostem rapinis prohibere. Autor ad Herennium libro 2: In præsentiarum hoc interesse rere non alienum fuit, ut hujus istam garrulam disciplinam cõtemnere mus. ¶ Venire in præsentem, est eum in locum se conferre de quo est controversia. Cicer. pro Cæcin. Placuit de amicorum sententia constituere quo die in tem præsentem veniretur. Idem 1. Offic. Vel præmiserit se cuipiam in locum præsentem esse venturum. ¶ Interdum præsens accipitur pro potenti & efficaci. ἐνεργὴς. Cicero Attic. libro 6. Præsens ad nocendum vires habet. ¶ Hinc præsentius, & præsentissimum. Virgil. 2. Georg. quo non præsentius ullum. Sic dicimus: Præsentissimum pericolum, præsentissima medicina, præsentissimum remedium, præsentissimum venenum id est potens, & in primis efficax, & fabrè, aut sanans, aut necans: quod etiam præsentaneum vocatur. Plinius libro 20. cap. 2: Idem podagris cum articulorum morbis decoctum, accto illinuõt, præsentaneo remedio lo spinosis prodest. ¶ Quãdoq; præsens valet idem quod propitius. Terentius in Phorm. Animo virili, præsentique ut sis, para. ¶ Quando que pro propitio: quoniam is qui præsens est, nobis propitiatur facilè, si invocetur, & citiùs quàm is qui præsens non est. ἐπήκοος, εὐπρόσδεκτος. Cicer. 4. Tusc. Hercules tamen, & tam præsens Deus. Virgil. lib. 1. Georg. Et vos agrestum præsentia numina Faunique id est, propitia, quorum præsentia fauet est, inquit Servius. Terentius in Phorm. Non tu hunc habes præsentem Deum?

Præsentia, æ. f. p. [παρουσία. Gall. *Presence.* Ital. *Presenza.* Germ. Gegenwirtigkeit. Bel. Tegenwoerdicheyt. Hisp. *La presencia del que esta presente.* Pol. *Przytomność.* Vng. *Jelenlet.* Ang. *Presence.*] Salust. in Iugurt. Tum M. Tullius Consul sive præsentiam ejus timens, sive ira commotus, orationem habuit luculentam, atq; perutilẽ Reipublicæ, quam postea scriptã edidit. Terentius

rmanet in Hecyr. Ne mea præsentia obstet. Idem Heaut. Multa sunt ibi, quæ prohibent facere tua præsentia. Cicero Licin. lib. 9: Deliberium præsentiæ tuæ meo labore minuam. Idem 2. de Divin. Declarant præsentiam suam sæpè divi. Præsentia animi, quæ Græcè εὐψυχία dicitur fortitudo, constantia & robur animi. Cicero pro Milone: Neq; verò sine ratione certa, causa Milonis semper à Senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem præsentiam animi, defensionis constantiam.

Præsentē, pro præsentibus dixerunt antiqui, quemadmodum Absente pro absentibus: quod locutionis genus apud politiores scriptores minus est usitatum. Pomponius Syris, ut citat Nonius: Quid est apud forum præsente testibus mihi vendidit.

Præsĕnto, as, act. p. Offero, & quasi præsens exhibeo. [הקריב hikriv. εὐψυχέω. Gal. *Presenter, offrir.* Ital. *Presentare.* Ger. Zugegenbringen, fürtragen, oder fürbringen. Hisp. *Representar alguna cosa.* Pol. *Oddaie.* Vng. *Meg mutatom.* Ang. *To present or offer.*] Quintilianus lib. 11: Frustra docemur, si quicquid audivimus præstituat, & exemplorum, legum, responsorum, dictorum, brevi, fallorum velut quasdam copias quibus abundare, quæq; in promptu semper habere debet orator, eadem illa virum præsentat. Plin. de Vir. illust. Caput ab Achilla Prolemæi satellite, Aegyptio velamine involutum, cum annulo Cæsari præsentatum est. ¶ Præsentare, referre, speciem præbere, quod & repræsentare dicitur. Plin. lib. 2. cap. 19: Alterum è sylvestribus genus, herachon vocatur, ab alis aphron, foliis (si procul intueris) speciem passetum præsentantibus. ¶ Hujus compositum est Repræsento: de quo infrà suo loco.

Præsentāněus, a, um, Quod præsentem habet efficaciam: [ἐνεργὲς. Gall. *Qui tost presentement fait son operation.* Ital. *Che opera subito.* Germ. Das eins wigs oder also bald treffig ist. Hisp. *Cosa que obra luego sin dilacion.* Pol. *Maiąc w sobie moc prędką i prędką.* Vng. *Jelen való.* Ang. *That hath a present operation and working.*] ut. Præsentanei boleti, apud Senec. Epistol. lib. 15, qui citò enecant. Plinius libro 91. capite 32: Præsentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. Idem libro 24. capite 1: Ferulæ asinis gratissimæ sunt in pabulo: ceteris verò jumentis præsentaneo venenо: qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & ferula.

Præsentārĭus, a, um, Quod præsens est, & in numerato: ut Præsentariæ pecuniæ, ἀργύριον χειρόγραφον. Plautus in Mostel. Vbi id mutuum, ibi me argentum petito præsentarium. Idem Perса. Quia tantum poscunt præsentarium.

Præsūmo, is, sūmpsi, sumptum, act. 1. Priùs sumo. [προλαμβάνω. Gall. *Prendre auparavant, presumer.* Ital. *Presumere, prendere avanti.* Ger. Vorhin nemmen. Bel. Te veren nimen. Hisp. *Tomar antes presumir.* Pol. *Wprzod wziąć.* Vng. *Elab be vennem.* Ang. *To presume or take before.*] Plin. lib. 31. Theophrastus autor est, potores in certamine bibendi præsumtæ farinam ejus. ¶ Præsumere animo, est præsagire, προνοεῖν. Valer. Max. lib. 1: Armis cum collega sub Cinna dissidens, præsumpsit animo, ea re significari exitium suum. Præsumere item significat apud Iurisconsultos, ex verisimilibus argumentis & conjecturis existimare. Vnde præsumptio, existimatio, quæ ex verisimilibus conjecturis ducitur, de qua in Rubrica de probatione & præsumptione.

Præsumptus, pta, ptum, participium. Sil. lib. 5: Ipsa suis manibus præsumpta pracula mittens. [προαναλαμβάνω, προλαμβάνω. Gall. *Prins ou auparavant, anticipé.* Ital. *Presa avanti.* Ger. Vorhin genommen. Hisp. *Tomado antes.* Pol. *Wprzodzięty.* Vng. *Elab vetett.* Ang. *Taken before.*] ¶ Præsumpta opinio, est quę vulgò dicitur Præsumptio. Quintil. lib. 2. cap. 17: Nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. Apud Tacitum Præsumpta fiducia, pro eodem dicitur, Budæo teste.

Præsumptĭo, f. t. Præceptio, anticipatio. [πρόληψις. Gall. *Presumption, anticipation.* Ital. *Presuntione, anticipatione.* Ger. Ein vorhabung, vermessenheit. Hisp. *Aquella obra de tomar antes.* Pol. *Vprzedzenie, albo wzięcie rozumienie.* Vng. *Elöl vetel.* Ang. *Presenting or taking before.*] Plinius Iunior in Epistola ad Paulum: Ego beatissimum existimo eum qui bonæ ac integræ famæ præsumptione perfruitur, certusq; posteritatis cum futura gloria venit. Apud Rhetores præsumptio dicitur, quum id quod in adversarii causa, vel in iudicis opinione contrarium nobis est, aut fore arbitramur, præoccupamus dicere, & cum ratione dissolvere. Quintilianus libro 9: Mitè verò in causis valet præsumptio, quæ πρόληψις dicitur, quum id quod objici potest, occupamus, quæ præcipuè proœmio convenit. Apud Iurisconsultos præsumptio est opinio ex verisimilibus signis ducta: quam Cicero videtur existimationem appellare Verrin. ¶ In hoc genere, *inquit*, facilior est existimatio, quàm reprehensio: idem, quòd eum qui hoc facit, avarum possumus existimare, crimen in eo constituere non tam facilè possumus.

Præsumptum, Præsumptio, sive præsumpta opinio. [Vng. *Elöl vetel, magaba velo el vitel, magara vetel.*] Vlpian. D. lib. 21. Tit. 1. l. 31: Qui mancipia venundant, nationem cujusque in venditione exprimere debent. Præsumptum etenim est quoddam servos bonos esse, qua ratione sunt non infamata.

Præsŭo, is, præsŭi, sutum, act. 1. Antè suo. [προράπτω. Gall. *Coudre au devant ou pardevant.* Ital. *Cucire avanti.* Ger. Voran nehen oder bähen. Hisp. *Coser antes.* Pol. *Wprzod szyć.* Vng. *Elöl meg varrom.* Ang. *To sow before.*] Plin. lib. 12. cap. 19: Consecant furculos longitudine binûm cubitorum, mox præsuût recentibus, coriis quadrupedum ob id interemptorum, ut ita putescentibus vermiculi ligneum erudant, & excavent corticem tutum amaritudine. Hasta præsuta foliis. Ovid. 11. Metamorph. Quæ foliis præsuta notam sine vulnere fecit.

Prætĕgo, gis, pexi, pectum, act. 1. Prævelo, antè tego. [προσκαλύπτω, προσκαλύπτομαι. Gall. *Couurir.* Ital. *Coprire.* Ger. Bedecken. Hisp. *Cubrir.* Pol. *Nakryć am.* Vng. *Be fedem.* Ang. *To cover or hide.*] Lactant. lib. 3: Tum vitia sua capillis, & pallio & (quod maximè est velamentum) divitiis prætegebat.

Prætendo, is, act. 1. Antè tendo, oppono. [προτείνω, προβάλλω, προτείνομαι, προβάλλομαι. Gall. *Mettre & tendre au devant, pretendre.* Ital. *Porre innanzi.* Ger. Furspannen, vor furstrecken. Hisp. *Poner delante.* Pol. *Rozciągam.* Vng. *Elötöm vetem.* Ang. *To pretende, to put or stretch a thing before another.*] Virgil. 9 Aeneid. & Marti prætendere muros. ¶ Quandoque ponitur pro præfero. Virgil. lib. 4. Georg. -fumosque manu prætende tequaces. ¶ Quandoque pro præmonstro, exhibeo. Cicer. 1. Offic. Privatum autem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere, neque submissum, & abjectum neque se efferentem prætendere. ¶ Quandoq; pro prætexo. Virgilius lib. 1. Georg. -rivos deducere nulla Religio vetuit, segeti prætendere sepem. ¶ Lactantius per translationem lib. 4. dixit: Ne si fuisset alienigena, justam posset excusationem de lege prætendere: id est, allegare.

Prætĕnĕr, a, um, Valde tener. [λίαν ἁπαλὸς, ἢ ἁβρὸς ἄγαν. Gal. *Fort tendre.* Ital. *Molto tenero.* Ger. Gar zart. Hisp. *Muy tierno.* Pol. *Barzo mi'odi, ąiemki.* Vng. *Igen gyenge.* Ang. *Very tender.*] Plinius lib. 22. cap. 13: Similis & nomine & effectu: sed alia est caprea, frutticosa, prætenera foliis coriandri.

Prætĕnto, as, act. p. Priùs tento. [προπειράζομαι. Gall. *Tenter premier, taster, aller à tastons.* Ital. *Tentare innanzi.* Ger. Verhin versuchen. Hisp. *Tentare de primero.* Pol. *Wprzod kosztuie.* Vng. *Elöl meg probalom, kisértem.* Ang. *To assaie before.*] Tibullus lib. 2 Eleg. 1: Et pedibus prætendat iter suspensa timore. Ovidius 5 Metamorph. Calliope querulas prætentat pollice chordas. Misericordiam judicis prætentare. Quintilianus lib. 4: Sed quid? in egressu parcius & modestius prætentanda est judicis misericordia. Cicero 2. de Orator. Idcirco tota causa prætentata atque perspecta, locis omnibus inventis atque instructis, considerandum est quo principio sit utendum. Perorata in emendationibus legitur Aldi Manutii, & recentiorum omnium.

Prætentātĭo, us, pen. prod. m. q. Actus ipse prætentandi. [προπείρα, προπείρασις. Gall. *Essay auparauant, tastement.* Ital. *Tastamento, essaggiamento.* Ger. Das vor versuchen mit angreiffen. Hisp. *Otear de tentar de primero.* Pol. *Dzięcie k-przemiany.* Vng. *Elöl való probalás, kisértetés.* Ang. *An assaying before.*] Plinius libro 11. capite 37: Cochleis oculorum vicem cornicula lima prætentata adimplens.

Prætĕnŭis, Valde tenuis: [λίαν λεπτὸς. Gall. *Fort tenuer et delié.* Ital. *Molto tenue, sottile e sfilzato.* Germ. Gar rein oder dünn. Gar schmal. Hisp. *Muy delgado y sutil.* Pol. *Barzo cienki, ąiepki.* Vng. *Igen vekony.* Ang. *Very thinne, slender or small.*] ut, Fila prætenuia, apud Plin. lib. 11. cap. 15: Mel thymosum non cor... tactu prætenuia fila mittit. Idem lib. 8. cap. 50: Solertiam ejus animalis Mutianus visam sibi prodidit in pœne prætenui, cum bus obvius ediverso. De captis.

Prætĕpĕo, es, ŭi, n. f. Antè tepeo. [προθερμαίνομαι. Gall. *Estre tiede auparauant.* Ital. *Essere prima tepida.* Ger. Vorhin warm oder lau sein. Hisp. *Entibiarse de primero.* Pol. *Wprzod się zgrzewać.* Vng. *Elöl meg melegszik.* Ang. *To be warme.*] Ovidius 2. Amor. Mollis in obsequium, faciliq; rogantibus esto, Si tibi in quavis prætepuisset amor.

Præter, præpositio, à præ deducta, quemadmodum ob in, inter: & à sub, subter. [παρὰ, πλὴν, ἐκτὸς χωρὶς. Gall. *Outre, fors excepté.* Ital. *Eccetto, fuorche.* Ger. Außgenommen, ohne allein, ohne. Hel. Sonder behalven. Hisp. *Sessando, cessa, fin.* Pol. *Oprocz, iako.* Vng. *Kivevel, nekiil.* Ang. *Except.*] Et modò separatur, modò componitur. Separata vim excipiendi habet, & semper accusativo jungitur. Cic. lib. 1. Epist. Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video, præter Lucullum. Idem pro Cluentio: Omnibus sententiis præter unâ, Scamander condemnatus est. ¶ Aliquàdo significat ultra πλέον. Quintil. Multa erant præter hęc, quæ objici meritò potuissent. Plinius lib. 10: Præter hominem somniare equos, canes, boves, pecora, capras, palam est.

¶ Aliquando

¶ Aliquando significat anté. Cic. 5. Verr. Servi præter oculos Lollii hæc omnia ferebant. Legitur & pro sine. *εἰρων, χωρὶς.* Sallustius: Præter rerum capitalium condemnatos. ¶ Aliquando contrà *παρὰ.* Terentius in Andria: Præter civium morem atq; legem. ¶ Præter aliquando adverbium est, pro præterquam. Columella lib. 3. cap. 2: Omnis incommodi patientes præter caloris. Budæus. ¶ Præter hac apud Plautum sæpiùs legitur pro posthac, In Rud. Si præter hac tu verbum faxis hodie, *&c.* ¶ Præter modum, idem est quod supra modum. Cicero de Divinat. Lacus Albanus præter modum crevit idē 5. Tuscul. Aristides expulsus est patria, quò præter modum justus esset. In compositione translitum vel præteritionē significat. Componitur autē cum dictione incipiente ab e: ut prætereo: i, ut præterfluo: g, ut prætergredior: m, ut prætermitto: u, ut prætervolo. ¶ Præter spem, *παρ' ἐλπίδα*, significat ex insperato, præter opinionem, ex inopinato, vel contra spem, seu contra opinionem. *παρὰ δοκησιν.* Plautus in Mercat. Præter spem salvæ sumus.

Prætĕrĭgo, gis, ere, act. 1. Cogo ulteriùs ire, præterire. [*παρέχω, παρέλαυνω.* Gall. *Mener ou faire passer outre.* Ital. *Menare, far passare oltra.* Ger. Furtreyben. Hisp. *Costar, constremir de passar allende.* Pol. Wprzod pędzę. Vng. *Elèb nogni.* Ang. *To compell to go further.*] Horat. 1. Epist. 15: Mutandus locus est, & diversoria nota. Præteragendus equus: hoc est, agendus est equus præter diversoria nota: id est, ultra: quod equi invitissimi solent facere.

Prætĕrbĭto, tas, penult. corr. frequentativū à præterco. Quasi præterito, interpolito b. [עבר *habár.* *παραπαρέρχομαι.* Gall. *Passer outre.* Ital. *Passare oltra.* Ger. Offt fürgehn. Hisp. *Passar allende.* Pol. Wprzodzidz. Vng. *Mellette mendegelek.* Ang. *To passe ouer or beyonde.*] Plaut. in Epid. Cave prætervibites ullas ædes quin roges, Senex hic ubi habitat Periphanes Platenius? Apud Comicos receptius est hoc verbum quàm apud Oratores.

Prætĕrdūco, præterducis, penult. prod. præterductum, præterducere, Antè duco, vel ultrà duco. [*παραπέμπω, παραπέμπομαι.* Gall. *Mener outre.* Ital. *Menare oltra.* Ger. Furführen oder von dannen führen. Hisp. *Forar allende.* Pol. *Mimowiodck.* Vng. *Elèb vizzen.* Ang. *To bring or leade ouer or beyonde.*] Plautus in Milite: Vt te hodie quasi pompam illuc præterducam.

Prætĕrĕā, adverbium est, ex præpositione præter, & Pronomine ea, compositum, Insuper, vel adhæc. [עוד *hodh.* *ἔτι, πρὸς τούτοις.* Gall. *Outre ce, d'auantage.* Ital. *Oltre accio.* Ger. Vber daß oder dieß/das zu. Bel. Dar toe noch. Hisp. *Allende desto.* Pol. *Nadto.* Vng. *Eżfelett.* Ang. *Moreouer, further more.*] Cicero in Epist. Nā & in omni genere prudentiam tuam mihi expositi, & præterea mihi non ignotam in consuetudine suavitatem tuam adjunxit, præterea summam erga se liberalitatem. Idem pro Cornelio Balbo: Sed nos possumus & hujus civitatis esse, & cujusvis præterea. Virg. 11. Aeneid. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros. ¶ Accipitur nonnunquam pro postea, sive posthac. *ὕστ.* Virgil. 1. Aeneid. & quispiam nomen lunonis adoret Præterea, aut simplex aris imponat honores?

Prætĕrĕo, is, ivi, & ii, præteriū, Vltrà eo, præter gredior. [עבר *habár.* *παραβαίνω, παράγω, παρεμπίπτω, παρεμπορεύομαι, παρίεμαι, παρέρχομαι.* Gal. *Passer outre.* Ital. *Trapassare, passare oltra.* Ger. Furgehn/fürübergehn. Bel. Voor by gaan. Hisp. *Trapassar, passar allende.* Pol. *Myam.* Vng. *Mellette el megiek, el mulom mellèk.* Ang. *To passe ouer or beyonde.*] Terētius in Evnuch. Dū hæc repeto, imprudēs villā præterii. Ovid. 3. de Arte: Nec quæ præterit, rursum revocabitur unda: Nec quæ præteriit hora redire potest. Virgil. 3. Georgic. - quum rapidus sol Nondum hyemem contingit equis, jam præterit æstas. ¶ Ponitur aliquando pro effugere, vitare. Terentius in Hecy. Nescis quid mali præterieris, qui nunquam es ingressus mare. ¶ Præterire aliquid per metaphoram dicimur quum nullam ejus facimus mentionem. Cicero de Provin. consul. Omitto jurisdictionem in libera civitate contra leges, Senatusq; consulta: ædes relinquo, libidines prætereo. Ovid. 6. Fastor. Cætera jampridem didici juvenilibus annis, Non tamen idcirco prætercunda mihi. Præterire silentio aliquid, idē. Præterit me hæc res: id est, ignoro. ¶ Ponitur aliquando præterire pro antecellere, vincere. Varro 1. de Re rust. cap. 1: Hos nobilitate Mago Carthaginensis præteriit Pœnica lingua. Hinc tempus præteritum, quod jam non est, sed elapsum est. *παρῳχημένος, ὑπέρκειται, παρελήλυθε, χρόνος.* Cicero de Senect. Tempus præteritum nunquam revertitur. ¶ Præteriti, dicuntur exincti. Propert. lib. 2. Eleg. 14: Fas est præteritos semper amare viros. ¶ Item Præteriti dicuntur qui in petitione magistratuum repulsam tulerunt. *ἀποχειροτονηθέντες, ἀποδιαχειροτονηθέντες.*

Prætĕrĕor, passivum. Cic. 2. de Leg. Ne sumptuosa respersione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

Prætĕrĕquĭto, as, Equitando præterco, vel transeo. [*παρεφιππάζομαι.* Gall. *Passer à cheual outre, cheuaucher à cheual outre.* Ital. *Passar auanti à cauallo.* Ger. Fürreyten. Hisp. *Passar allende cavalgādo.* Pol. *Iadą przejem.* Vng. *El Zegulàdek.* Ang. *To ride ouer or beyonde.*] Livius 5. ab Vrbe: Præterequitanteque abstrerent.

Prætĕrfĕrŏr, præterferris, præterlatus sum, Præterco, vel transeo. [עבר *habár.* *παραφέρομαι, παραφέρω.* Gall. *Estre porté au trauers outre.* Ital. *Passare, esser portato oltre.* Ger. Furtber getragen werden. Hisp. *Passar o ser llevado allende.* Pol. *Mowa idźiem przesłana.* Vng. *Mellette el viteretem.* An. *To be caried beyond.*] Livius 1. bello Pun. Mago, Numidæq; simulac latebras eorū improvida præterlata acies est, exorti à tergo, ingentem tumultum terroremq; fecēre. Lucretius lib. 4: At quæ pars vocum non aures incidit ipsas, Præterlata perit, frustra diffusa per auras.

Prætĕrfluo, is, xi, xum, præterfluere, n. 3. Fluendo præterco. [*παραῤῥέω.* Gall. *Couler & passer outre.* Ital. *Correre vicino, trapassare scorrendo.* Ger. Furfliessen/furuinnen. Hisp. *Correr lo liquido por alguna parte, trapassar corriendo.* Pol. *Mymopłynąc.* Vng. *Bèlèt folèk.* Ang. *To flow beyonde or ronne by.*] Livius libro 24: Fluvius quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tecta loca præterfluebat muros, procul iis quæ inhabitabantur. Varro 1. de Re rust. cap. 16: Cibi pars quoq;, potio, & ea iis aquæ liquida unde bibant, esse oportet: eamq; propinquam, quæ præfluat, aut in aliquem locum influat. ¶ Præterfluere per metaphoram, pro elabi, pertranire. Cicer. 5. Tuscul. Quocirca corpus gaudere tamdiu dum præsentem sentiret voluptatē: animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere. Id est, non negligere præteritam. Plinius lib. 3. in Præfat. Eorum ego orationes sino præterfluere.

Prætergrĕdĭŏr, ris, prætergressus sum, d. 3. Prætereo, vel transeo. [עבר *habár.* *παραβαίνω, παρέρχομαι.* Gall. *Passer outre, marcher outre.* Ita. *Passare oltra.* Ger. Furgehn. Hisp. *Passar otra ó allende.* Pol. *Myam.* Vng. *Mellette el megiek.* Ang. *To passe or go beyonde.*] Cicero Appio Pulchro, lib. 3. Epist. Currens Leptam nuntiavit te jam castra prætergressum esse. Apul. Quumq; ibubulum prætergressus fuissem, re cognita, cœpit me ocedere.

Prætĕrlăbŏr, penult. prod. eris, prælapsus sum, d. 3. Vltra labor, præterfluo, præterco. [*παραῤῥέω.* Gal. *Couler et passer outre, glisser plus outre.* Ital. *Trascorrere.* Ger. Neben anhin fallen/furfliessen. Hisp. *Passar allende.* Pol. *Mimopłynąć.* Vng. *Mellette el folèk.* An. *To slip and slide beyonde.*] Stat. 1. Theb. - fluctivaga qua præterlabitur unda Sicanios longè relegens Alpheus amores. Cicer. de Orat. Tum & in sensum, & in mentē judicis intrare nō possit antè enim præterlabitur, quum percepta est. Virgil. 3. Aeneid. Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est. Idem 6. Aen. -vel quæ Tyberina videbis Ossia, quum tumulum præterlabere recentem.

Prætĕrmĕo, as, luxtā meo, præterfluo, *παραῤῥέω.*

Prætĕrmĭtto, tis, act. 3. Intactum relinquo, omitto, præterco. [עזב *hanniach* עזב *hażáb.* *παραλείπω.* Gall. *Laisser passer à dire ou faire, le passer.* Ital. *Pretermettere, tralasciare.* Ger. Vbergehn. Bel. Onderlaten/verzuymen. Hisp. *Dexar.* Pol. *Zaniechanie.* Vng. *Kihagyàs.* Ang. *To passe or go ouer vnconsidred.*] Terent. in Adelph. Nihil prætermitto, consuefacio. ¶ Prætermittere silentio, idem quod præterire silentio. Cic. 13. Philipp. Prætermittere pœnam scelcris. Cicero ad Brutum, idem est quod remittere vel ignoscere. Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut oblivione, aut negligentia præteritur: Omitti verò, quod de industria relinquitur. Cic. 3. Offic. Minimè verò assentior iis qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consulto relictum.

Prætĕrmīssĭo, onis, verbale, f. 3. Omissio, prætergressio. [מחדל *mächadh.* *παράλειψις.* Gall. *Delaissement d'aucune chose.* Ital. *Lasso pretermettere.* Ger. Vnderlassen. Hisp. *Dexamiento.* Pol. *Zaniechanie.* Vng. *Kihagyàs.* Ang. *A letting passe.*] Cicer. Ob. Mamerco homini disertissimo Aedilitatis prætermissio, Consulatus repulsam attulit.

Prætĕrmōnstro, as, Gellius lib. 20. cap. 9: Vsus consilio sum magistri, quod docere me ipse debuerat, à quo discerem prætermonstrantis: id est, quasi prætereuntis, & aliud agentis, à præter officium suum monstrantis.

Prætĕrnāvĭgo, gas, Navigio prætereo, prætervehor. [*παραπλέω.* Ger. Furschiffen.]

Prætĕrnāvĭgātĭo, verbale, f. 3. [*ὁ παραπλοῦς, παράπλους.* Gal. *Navigation outre ou par aupres.* Ital. *Navigazione oltra.* Ger. Furfahrung. Hisp. *Obra de navigar allende.* Pol. *Mimo płynienie.* Vng. *Mellette valo euzès.* Ang. *A sayling by or beyonde.*] Plin. lib. 4. cap. 12: Ab hac Aegina libræ condimonis XVII. M. P. prætervectio est.

Prætĕrpropĕr, Vna dictio est composita, significans plusquam, propter hoc est, propter aliam causam quàm propter eam de qua loquimur: ut præterpropter vitam vivere, id est, propter aliā causam vivitur, quam ut vivatur, utpote propter laudem, vel propter gloriam. Ennius apud Gellium: Quo tibi nescituri, plus negotii habet, Quàm quum est negotii res agenda. Nam cui quod agat institutū est, nullo negotio lubet, ludet ibi, mentem atq; animum delectat suum. Quo sa[illegible]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

animus ætsit quid velit. Hoc idem est, neq; domi nunc nos, nec militiæ sumus, huus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illuc libet, incertè erat animus, præterpropter vitam vivitur.

Prætĕro, præteris, penult. corr. prætrivi, prætritum, pen. prod. [παρῆσαι. Gall. *Froter auparauant.* Ital. *Fregare prima.* Germ. Vorh reiben oder schleiffen. Hisp. *Tridar antes.* Pol. *Przetrzeram.* Vng. *Elhagyom.* Ang. *To weare in rubbing, to robbe before.*] Plinius lib. 34. cap. 40. Timarchus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum. Frater ejus non mutavit primores, ideoq; prætrivit.

Prætĕrrādo, præterradis, præterradi, penult. prod. act. 1. [παρῆσαι. Gal. *Raser en passant.* Ital. *Radere passando.* Ger. Durchschaben, furbeyreyben. Hisp. *Raer passando.* Pol. *Przeskrobuie.* Vng. *Mellette el nyom.* Ang. *To shaue or scrape in passing by.*] Luer. libro 4: Præterradit enim vox fauces sæpè legitur, & Præterea radit vox &c.

Præterquam, Dictio est composita excipiendi quidem vim habens, quemadmodum & præter: sed casum exigens superiori similem, quia idem verbum subintelligitur: [πλὴν ὅ πλὴν ὅτι. Gall. *Excepté que, fors que, sinon que.* Ital. *Se non che.* Ger. Dann nur, ohne allein, ausgenommen. Belg. Vorgenommen, dan allein, behalven. Hisp. *Si no que.* Pol. *Oprocz.* Vng. *Hanem tsak.* Ang. *Except.*] ut, Nemo id dixit, præterquã Cicero, Nullius id interest præterquam patris, Nulli id placuit præterquam Cæsari, Neminem præterquam Prætorem timeo, O vos omnes præterquam Plato legite, A nemine præterquam à Socrate didici. ¶ Significat etiam aliter quàm. *Κατά τι.* Livius lib. 1: Vocata ad consilium multitudine quæ coalescere in populi unius corpus nullare præterquam legibus poterat, jura dedit. ¶ Præterquam ponitur aliquãdo in oratione sequente semper, pro, cum semper. Gell. lib. 15. cap. 1: Declamaverat Antonius Iulianus rhetor, præterquam semper aliàs, tum nimium quàm delectabiliter, & fœliciter. Aliquando sequente etiam. Celsus: Aqua verò frigida infusa præterquam capiti, etiam stomacho prodest: id est, non tantùm capiti: vel, præterquam quòd capiti prodest. ¶ Præterquã quòd: id est, nisi quòd, πλὴν ὅτι. Plin. Iun. Omnia nobis ex voto successerunt, præterquam quòd in ipsorum defunctam matrem audivimus.

Prætervĕho, is, pen. corr. act. 1. Navi, curru, vel jumentis aliquem prater locum aliquem veho. [παρέπλευσεν. Gall. *Transporter, faire passer outre.* Ital. *Portare, & passare oltra.* Ger. Vorfahren oder fuhren. Bel. Voer by voorby. Hisp. *Traher y passar allende.* Pol. *Mimowieze.* Vng. *Mellette el mogiek.* Ang. *To carye by or beyonde.*] Cicero 5. de Finibus: Neq; enim vocum suavitate videntur, aut novitate quadam & varietate cantandi revocare eos solita, qui prætervehebantur: sed quia multa se scire profitebantur. Virg. 4. Aencid. -vivo prætervehor oltia taxo Pantagiæ. Livius lib. 1: Tamen quum prætveheret navibus Galliæ oram, &c. ¶ Legitur & absolutè pro prætervigo. Sueton. in Augusto, cap. 93: Caium nepotem, quòd Iudæam prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudavit. Vbi Prætervehens dixit, pro prætervectus. ¶ Oratio prætvecta scopulos, per translationem quę majorem difficultatêmve causæ partem superavit. Cicero pro Cælio: Sed quoniã emersisse jam è vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Idem 7. Philippica: Magna spe ingredior in reliquã orationem P. C. quoniam periculosissimum locum silentio tuo prætervectus. Hoc est, quoniam vestro cum silentio nullãq; obmurmuratione, difficillimum orationis locum absolvi.

Prætervĕctĭo, onis, verbale, f. t. [παραπομπὴ, παρέπλους. Gall. *Transport ou passage par devant ou plus outre.* Ital. *Esso portare ò passare oltra.* Ger. Jurfahrung. Hisp. *Trahimiento allende.* Pol. *Mimowiezienie.* Vng. *Mellette valo el menetel.* Ang. *A carying beyonde.*] Cic. 7. Verr. Monimentũ sceleris audaciæq; suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, prætervectione omnium qui ultrò citroq; navigarent.

Prætervĕrto, is, Anteverto: & per translationem pro prius dico ponitur. Cic. 1. de Divinat. Neq; habet aliquid quod huic sermoni prætervertendum putes. Fortè Præverlendum.

Prætervŏlo, as, are, Volando prætereo. [παρίπτομαι. Gall. *Voler & passer soudainement sans s'arrester.* Ital. *Trapassare volando.* Germ. Furbeyfliegen. Hisp. *Trapassar volando.* Pol. *Mimo lecęc.* Vng. *Mellette el repvẽlik.* Ang. *To passe by by flight.*] Cic. in Arat. Hic jam se totum cæcas equus abdit in umbras, Quem iuitila fulgens pluma prætervolat ales. ¶ Per translationem accipitur pro velociter præterire. Sil. lib. 10: Stridentem gelidis vibravit viribus hastam, Quæ medias velox raptim prætervolat auras. Cic. 3. de Orat. Sententiæq; sæpè acutæ non acutorum hominum sensus prætervolant: hoc est celeriter, & antequam intelligantur, præterfugiunt.

Prætexo, is, texui, textum, act. t. Ante vel circũ vestem, aliúdve quippiam attexo. [ΠΝ *aragh.* περιῤῥάπτω. Gall. *Border, couurir le bord, ourler deuant.* Ital. *Tessere appresso.* Ger. Vor an nehen, bisetzen. Hisp. *Texer antes ò cerca.* Pol. *Kol o kraiom obłożom adamaste.* Vng. *Mellette ahoz.* Ang. *To weare before or to border.*] Hinc Toga prætexta dicta est, quòd purpura ei prætexeretur. ¶ Accipitur pro prætendere, sive velare, causamq; aliquam non veram afferre. [σκηπτέσθαι, σκήψασθαι, σκῆψαι. Gall. *Bailler couleur & couuerture.* Ital. *Colorare, far una coperta, trouar fonsa.* Germ. Fürwenden. Hisp. *Dar color, hallar excusa.* Pol. *Zasłonią przyczynę dasz.* Vng. *Vedeskędetem, fejemmel ele vetem.* Ang. *To cloke or excuse.*] Virgil. 4. Aeneid. Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. Cic. in Pisonem: Nemo potest exercitum apertè petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. ¶ Nonnunquã accipitur pro præordiri, sive præordinare, tenuiaq; quædam rei alicujus fundamenta jacere. Cic. 3. de Orat. Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, levioribus principiis natura prætexuit. ¶ Prætexere litora velis, est ea velis quodammodo operire, & abscondere. Ovidius in arte: Quid referam Bajas, prætextaq; littora velis? In eadem propemodum significatione usus est hoc verbo etiam Ausonius: Tu (*inquit*) Auguste venerabilis, destrictus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur.

Prætextum, ti, n. Vel prætextus, us, m. q. Falsa causa, simulatio. [αἰτίαμα. Gall. *Couleur, ombre, excuse.* Ital. *Pretesto, colore, ombraggiamento, coperta.* Ger. Ein farwendung, furwort. Hisp. *So color, cobertura.* Pol. *Zasłona przyczyna.* Vng. *Fogas ſzin.* Ang. *A pretence, cloke or colour.*] Sueton. de Cæs. Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. Sueton. in Tiberio: Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad nos deferentur.

Prætextŭs, a, um, adjectivè: ut Prætexta toga, prætextæ actiones: vel substantivè, hæc prætexta, hujus prætextæ. Prætextæ fabulæ, seu comœdiæ, in quibus reges Romani, vel Duces inducebantur, personarũ dignitate penè tragœdiis similes. Horatius in Arte: Vel qui prætextas, vel qui docuêre togatas. Dictæ prætextæ, quòd principum, magistratuũmve personæ in iis inducerentur quæ prætextis uti solent. ¶ Prætexta toga, genus vestimẽti oblongum ac talare, quod supra tunicas honoratissimi quiq; sumeo antiita dicta quòd ei purpura prætexebatur. ἀπὸ τοῦ περιῤῥάπτεσθαι. Hoc una cum bulla ingenii pueri utebantur usq; ad 17. annũ. Vnde prętextati dicebantur qui nondum decem & septem annos præterierant, à prætexta quam induebant, qua depositâ, accipiebãt togam virilem, quum ad annũm decimum septimũ pervenissent, tanquam non puerliter, sed virtiliter vita essent peragẽda. Nam pueri existimabantur, qui minores essent annis septemdecim. Hinc Vlpianus ait: Puertiam duntaxat annis septemdecim finiri: & qui eos non in totũ complevit, prohiberi postulare. Cicero de Amicit. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scævolam, sumpta virili toga, ut quoad possem & liceret, à senis latere nunquã discederem. Senec. lib. 1. Epist. Tenes utiq; memoria quantum senseris gaudium, quum prætexta posita, sumpsisti virilem togã. Ideo autẽ ingenuis pueris attributam existimant togam prætextam, ut ex purpuræ rubore, ingenui pudoris admonerentur. Lege Macrob. lib. 1. Satur. Ab hoc vestimenti genere olim Papyrius cognominatus est Prætextatus, ob tacendi loquendiq; in prætextata ætate prudentiam. Id postea cognomẽn in omnem ejus familiam translatũ fuit. ¶ Erat & Prætexta vestis insignis genus magistratuum & regum. Hac Tullus Hostilius primus usus est (ut inquit Plinius) qui debellatis Hetruscis, sellam curulem lictores, & togam pictam atq; prætextam (quę insignia magistratuum Hetruscorũ erant) Romam transtulit. Sed postea Tarquinius Demarati filius, quum de Sabinis egisset triumphum, quoniam in eo bello filius ejus annos quatuordecim natus, hostem manu percusserat, & pro concione illum laudavit, & prætexta ac bulla aurea donavit, insigniens puerum supra annorum sortem præmiis virilitatis & honoris. Prætextæ igitur ac bullæ gestandæ mos à Prisci Tarquinii filio deductus est. Sunt tamen qui tradunt Priscum regem, quum statum civitatis ordinaret, instituisse ut Patritiorũ filii bulla aurea uterentur: & togam quæ purpura prætexitur, iis tantùm quorum patres curulem magistratũ gessissent, cæteris prętextam tantùm indulsisse, usq; ad eos quorum parentes stipẽdia justa meruissent. Fuit & in usu prætexta bulla, qua nulli alii licebat uti, nec ei qui funus faciebat.

Prætextã quatuor hominum genera utebantur: pueri, ad usque tirocinii diem: hoc est, ad annum ætatis XVII. magistratus omnes urbani, quod utrunq; nemo, ut opinor, paulò humanior ignorat: præterea, quod observatũ non ita vulgo credimus, magistri collegiorum, dum ludos compitalitios faciebant, & senatores omnes, cùm deorũ festos celebrabant dies: de magistris collegiorum docuit me locus in oratione in Pisonem, quo in loco sunt hæc: Q. Metellus designatus consul, cùm quidam tribunus pleb. suo auxilio magistros ludorũ ludos facere jussisset, privatus fieri voluit: tum, cùm in calendas

Ian.compitalitiorum dies incid.ssent,Sex. Clodium,qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere,& prætextatum volitare passus est,quibus verbis Pædianus hæc subjungit:Solebant magistri collegiorum ludos facere,faciebant compitalitios prætextati. Erat autem satis turpe mendum in iis verbis, Magistros ludorum ludos facere: nam est in omnibus, qui ad hãc diem impressi leguntur,libris,Magnos ludos facere. cùm loquatur Cicero non de magnis ludis,sed de compitalitiis,ut omittam duo argumenta, unum, quòd illud, Facere jussisset? aliquid omnino desiderabat, quem enim tribunus ille ludos facere jussisset alterum,quòd Pædianus ita loquitur, ut significet magistrorum in oratione fieri mentionem: quàm facilè autem ex,magistros, fieri potuerit, magnos, literarum declarat similitudo,præsertim si,magistros,paucioribus literis,apice superimposito, scribatur. De senatoribus autem ex iis verbis, quæ sunt oratione 11.in Antonium, conjeci: Nescis, heri quantum in circo diem ludos Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur?cur non fumus prætextati?cur honorem Cæsaris, tua lege datum,descri patimur?Ex commentario Paul. Manutii in oratione pro Sextio.

Prætĕxātus, a,um, adjectivum, Prætextatum sermonem(inquit Festus) veteres appellarunt ab eo quòd prætextatis nefas sit obscœno verbo uti. Vel (ut quidam ajunt) quòd nubentibus depositis prætextis à multitudine puerorum obscœna acclamarentur. Ideoq; prætextatum sermonem appellabant, qui nihil obscœnitatis haberet.Hæc ille. Contra hanc tamen Festi opinionem Suetonius, Gellius, & Macrobius Prætextatũ sermonem(ἀπαντεχέβολον λόγον) acceperunt pro eo qui apertè obscœnam rem significat. Suetonius in Vespasiano: Erat enim dicacitatis plurimæ,& sic scurrilis,ac sordidæ,ut ne prætextatis quidem verbis abstineret. Sic Macrobius lib 1. Satur. Hæc nobis sit literata lætitia,& docta cavillatio, vice planipedis & subulonis,impudica,& prætextata verba jacientis.Sic prætextati mores, dicuntur lascivi, & obscœni. αἰσχρολόγοι. Iuven. Satyr.2: Sic prætextatos referunt Astaxata mores. Prætextati anni à Plinio dicuntur lib.33,pro annis pueritiæ: & prætextata ætas, à Gellio libro 1. Prætextatæ puellæ dicebantur ingenuæ,& innuptæ,à prætextis quas nubentes deponebant.

Prætĭmĕo, prætimes, penult. corr. Valde timeo. [חרד *charadh.* ὑπερφοβοῦμαι. Gall.*Craindre fort.* Ital.*Temere molto.* Ger. Gar vbel fordten. Hisp.*Temer mucho.* Pol.*Bardzo sie boie.* Vng. *Igen feiek.* Ang.*To feare greatlie.*] Plautus Amph. Mirari non est æquum, si sibi prætimet.

Prætingo, tingis, tinxi, tinctum, ex præ & tingo. [προβάπτω, προβαφὴν ποιῶ. Gall.*Teindre auant.* Ital.*Tingere auanti.* Ger.*Vorhin getuncket* Hisp.*Temir adelante.* Pol.*Wprzodomaczywam.* Vn. *Elöl meg festem.* Ang.*To dippe before.*] Ovid.Semina mollit humus validо prætincta veneno.

Prætŏr, oris, m.t. Athenis omnis magistratus appellabatur, à præcundo quasi prætor,quòd populo præiret. [שׂלים *filualit* משל *mosheł* טידד *pakidh.* ἄρχων, ἡγεμών. Gall.*Preteur magistrat.* Ital.*Pretore, podestà.* Ger. Ein Schultheiß/ein Stattvogt / ein jeder Oberer dem man muß gehorsamen/als ein Beldherr vnd Oberister vber ein Kriegsheer. Bel.Een Scoutet. Hisp.*Alcade tuer.* Pol.*Magistrat na wyrodzie pułanowinu.* Vng.*Bestedelem, hiim, first vifelő.* An. *The mayor or shirife officier in a citie.*] Vnde imperatores,Prætores quandoq; vocantur. Autor ad Heren. Epaminondas Thebanorum Imperator, ei qui sibi ex lege successerat Prætor, exercitum non tradidit. Vbi Victorinus:Notare debemus, omnes magistratus,Prætores appellatos. Sed patres quo temporeL. Sextius primus ex plebe Consul creatus est, Furium Camillum primum Prætorem urbanum, qui jus in urbe diceret, creavetunt: mox unico Prætore non sufficiente, quòd multi peregrini in civitatem venirent, alius creatus est peregrinus, eò quòd pleriunq; inter peregrinos jus dicebat. Capta deinde Sardinia,aliisq; provinciis,totidem Prætores quot provinciæ in ditionem venerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent. Dictus prætor(ut Livius inquit) quòd præsit:ut Varro à præcundo,quasi præitor quòd præiret jure & exercitu. Idem Livius lib.3. scribit primum Prætorem ex patribus,qui ius in urbe diceret, creatum fuisse, penes quem magistratum,omnis publici privatiq; juris erat potestas, ut & novum jus condere, & vetera abrogare facultas esset. Idq; ob magistratus honorem,Ius honorarium appellatum est,quũ tamen regia illi essent insignia, ut apparatu Consulibus penè par videretur. Creatus, quum Consules avocarentur bellis finitimis,nec esset qui in civitate jus diceret. Ejus dignitas Prætura dicitur.

Prætĕr de capitalibus criminibus quærebat, non omnibus tamen,sed tantùm de majestate,de vi, de repetundis, de crimine interficiorũ,de ambitu, de veneficio: de incestu verò. & perduellione populus:Prætores autem, quæ cujusq; futura esset quæstio, antè sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli,prout sors tulisset, cum consilio quæreret, ex de eo nimirum inter sicarios, cùm in judicium quandoq; ita multi vocarentur,ut prætor unus minimè sufficeret,non unus,sed duo prætores cognoscebant: quod in oratione pro Cluentio animadvertimus, idemq; eandem ob causam in aliis criminibus interdum esse factum licet existimare: nonnunquam etiam, diem dicente aliquo tribuno pleb. qui cogendi ad judicium populi jus haberet, non prætor, sed populus ipse de majestate quæstionem exercebat.itaq; Cn.Domitius tribunus plebis, qui cum C. Cassio postea consul fuit, accusavit M. Silanum, quòd injussu populi bellum cum Cimbris cõsul gessisset,cum in eo bello graves ob eam causam calamitates acceptas esse diceret, qua de re suffragium tribus tulerunt. Quod autem dixi, prætores de criminibus quæsisse, unum excipio prætorem urban. qui nullo de crimine publico quærebat:atq; ne quæsitor dicebatur: tantùm civilibus controversiis ad eum delatis, jus dicebat: hoc est, judices & judicii formulam, quam quærerentur, dabat: nec enim prætor ipse judicare solitus erat, sed,cùm judices ab ipso dati de controversia cognovissent ac judicassent, exequebatur: ideo in omnibus fere edictis prætorum legitur, Iudicium dabo: in quo posteriores lapsi sunt. Est igitur aliud, jus dicere, aliud judicare: cõtra quàm qui veterum Iurisconsultorum libros ignorãt, opinantur: &, quemadmodum civilibus in rebus prætor non cognoscit, neq; judicat,sed jus dicit:sic, qui ab ipso judices dati sunt, non jus dicunt,sed cognoscũt, ac judicãt: hinc recuperatores, hinc centum viri, hinc arbitri, quos prætor dabat ut judicarent: atque hoc & Cicero sensit in epist.ad Quint. Frat. Prætor, inquit, solet judicare, deberi. Quædam tamen erant, in quibus nõ modò nõ judicabat, verùm nec jus dicebat prætor urb.sed omissa jurisdictione,imperio prætorio exequebatur,ut cùm bonorum possessionem secundum tabulas, aut contra tabulas dabat: item, cùm restituebat in integrum, & hujus generis nonnulla. Porrò,cujus prætoris erat jurisdictio,ejus nõ erat quæstio publica:neq; cujus quæstio publica,ejus jurisdictio: erat tamen de toto prætorum collegio, qui erant omnes octo,& juris dicendi, & quærendi potestatem habebant:is qui præsse inter peregrinos vocabatur: nam & jus inter peregrinos ab eo dictum,satis constat:& quæsitum,sociorũ: hoc est,peregrinorum,causa de repetundis, Pædianus demonstrat in orationis commentario adversus competitores.Hæc de jurisdictione prætorum: nũc de origine primùm: deinde de numero eorum subjungemus, etsi videri possit ὕστερον πρότερον:sed hic doctrinam quærimus: de ordine non ita laboramus. Scriptum est igitur in Digestis Iustiniani libro primo, sic, ex Pomponio de origine juris: Cùm consules avocarentur bellis finitimis, neq; esse qui in civitate jus reddere posset, factum est ut prætor crearetur, qui urbanus appellatus est, quòd in urbe jus redderet: post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret,creatus est & alter prætor, qui peregrinus appellatus est, ab eo quòd plerunq; inter peregrinos jus dicebat, capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia,totidem prætores, quot provinciæ in ditionem venerant: creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent: deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis,& prætores quatuor adjecit: deinde C. Iulius Cæsar duos prætores,& duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales, constituit: itaq; duodecim prætores, sex ædiles fuere creati: divus deinde Augustus sedecim prætores constituit: post divus Claudius duos adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent:ex quibus unum divus Titus detraxit: & adjecit unũ divus Nerva: qui inter fiscum & privatos jus dicerent:in decem & octo prætores in civitate jus dicunt. Sic in Digestis Pomponius: nos autem, quod sentimus de numero prætorum, quod quidem legendis veterum libris observare licuit, exponemus:de numero, inquam,eorum prætorum, qui fuerunt extremis Reip.temporibus: nam eversa Rep.tota ratio magistratuum arbitrio Imperatorum perturbata fuit. Octo igitur prætores nunquam plures,ut nos opinamur, stante Rep. fuerunt:argumenta, quibus adducor, ut ita esse credam, hæc sunt. Prætores,gesto magistratu, exibant in provincias: hoc dubium vocari non potest, plena exemplorum omnia:videtur igitur esse rationi consentaneum ut earum provinciarum numerus cum prætorum numero congruerit: hæ porrò in I.C. quod M. Cœlius ad Ciceronem milit, octo video nominari. Itemq; *ut quis*, senatui placere,in Ciliciam provinciã,neq; ullo reliquas provincias, quas prætorii cum prætore obtinerent & quæ sequuntur. & in oratione pro Milone: Erat, inquit, id temporis consul P. Lentulus, septem prætores, octo tribuni pleb. defensores mei. Septem nominat, uno Appio de omnibus excepto: quòd apertè indicat in oratione in Pisonem his verbis:De me cùm omnes magistratus promulgassent, præter unum

eum prætorem, à quo non fuit postulandum, fratrem inimici mutprætereq; duos de lapide emptos tribunos pleb. legem comitus centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegæ Quintilii sententia: & pro Sextio fic: Collegas Milo adjutores habebat, consulit alterius summum studium, alterius animus penè placatus: de prætoribus unus alienus. quod si quis putat, unum quidem Appium ex universo prætorum collegio à collegis in Ciceronе revocando dissensisse, collegas tamen ipsos nō planè septem fuisse, locumq; jam à nobis ex oratione pro Milone recitatum, fortasse mendo non vacare, quod in eo numerorum fraci è solet evenire: hinc opinor, hanc suspitionem etipiam, ipsius Ciceronis testimonio: nam in oratione post reditum in senatu, ubi commemorat eos magistratus, quorum ope redierat ab exilio, nomina ponit octo tribunorum pleb. & septem prætorum, eorum scilicet omniū, quos in ea pro Milone significaverat. Scriptum est etiam apud Dionem lib. XLII. de prætoribus à C. Cæsare, post Cn. Pompeiū in Pharsalia devictum, decem creatis, ut gratiam bene de se meritis referret. *ἐκ τοῦ, inquit, πλείους, οὐ τοὺς ἀεὶ ὑπάτους, ἀποδεικνύναι τοὺς ἐπὶ τῷ ἄρχειν τῶν πολιτῶν ἐπιτηδείως ἔχοντας, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπων.* quòd ú plures ut remunerati possent, decem Prætores, & plures, quàm antea fuerant. sacerdotes creavit: inimitum constat, prætores non antea decem fuisse. Nam quod in Pomponio de origine juris legitur, Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, de injuriis, & prætores quatuor adjecit: deinde C. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, à Cerere Cereales constituit, id me minimè conturbat: non enim dixit, adjecit quatuor prætores ad numerum veterum prætorum, sed adjecit quatuor de iis, qui prætores erant, ad publicas quæstiones, ut quatuor ab ipso quæstionibus institutis quatuor item prætores præessent: quos autem duos ait prætores à C. Cæsare adjunctos, eos, opinor, intelligit, de quibus meminit Dio, qui denarium numerū absolverunt. Patet igitur de Prætoribus octo usq; ad tertium C. Cæsaris consulatū: quid enim dubias conjecturas colligere opus est, in ea re, quæ satis manifestè probatur, & ex eo S. C. cujus verba recitavimus, & ex quatuor Ciceronis orationibus, & ex Dionis historia? Sed arguit nescio quis, ut decem prætores ostendat, hoc modo: Prætores publicis quæstionibus præerant, urbicæ quæstiones erant septem, inter sicarios, de repetundis, peculatus, de ambitu, de majestate, de vi, de falso, quę crimē veneficii, & alia quędam complectebatur: ergo, quū septem essent quæstiones, & quæstioni inter sicarios duo prætores præessent, quod patet ex oratione pro Cluentio, reliquis aūt singuli prætores: fuisse prætores octo, qui quæstionibus præessent, & duos præterea, quorum alter inter cives, alter inter peregrinos jus diceret, necessarium videtur: dixi jam, nō esse agendum conjecturis, aut argumentis, ubi veterum testimonia perspicua sunt, nec verò illa, quæ jam attuli, obscura videri possunt. Quòd verò ad numerum quæstionū attinet, diversa ratio est: nam si numerum prætorum ad numerum quæstionum accommodabimus, nō modò plures quàm octo, sed plures etiam quàm decem creati prætores necesse erit: est enim quæstio de falso, est de parricidio, inter sicarios, de injuriis, de veneficio, de vi, de ambitu, de majestate, de repetundis, de peculatu, de incestu, aliæ: ego autem ad argumentū illud, ne quis eo in aliquam dubitationem vocetur, ita respondeo: primùm, præesse potuisse unum prætorem quæstionibus plurибus, sicuti non unus prætor, sed duo quæstioni inter sicarios quandoq; præfuerunt: possunt exempli gratia, sex prætores ita distineri crebritate judiciorū, ut navis exorientibus quæstionibus vacare non liceat: potest eo tempore septimus prætor (reliquus erat unus urbanus, qui non quærebat, sed jus dicebat) in ea quæstione minimè occupatus esse, quæ sorte illi contigerat. hic, non dubito quin ad eas quæstiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus vacare sex reliquos prætores non potuisse jam dixi: non enim committendum, ut impunita crimina deserantur, nec sit locus quò nocentes rei adducantur. Age verò, concedatur quæstiones ab uno prætore plures exerceri nō licuisse, sequitur necessariò, ut ideo plures, quàm octo, fuerint? non sanè, mihi quidem ut videtur: nisi si mihi illud antè rationibus probetur, quæstiones non potuisse ab aliis, quàm à prætoribus, exerceri: quòd si quis aggrediatur probare, fortasse hærebit: At nostra ratio quomodo procedit, optimè videlicet: nititur enim testimonio veterum: à quo ego, quantum in me est, do operam ut ne discedam: quid igitur veteres testantur? præfuisse & publicis quæstionibus, & capitalibus, qui prætores non essent: qui judices quæstionis dicebantur: nam quæstionem de veneficio, quam exercuit prætor Q. Voconius Naso, apud quem Cicero Cluētii causam egit, exercuerat antè C. Iunius, non ut prætor, sed ut judex quæstionis, qui & quæsitor vocabatur: patet ex oratione pro Cluentio: patet etiam ex Asconii commentariis: judicum autem quæstionis duo fuisse genera, alios prætores ut Q. Voconium Nasonem in causa Cluentii, alios non prætores, ut C. Iunium in causa Oppianici, multis verbis demonstratū est à nobis in libro De legibus. Atq; hac ratione tueor locum illum in oratione pro Cluentio, in quo sex prætores cùm nominasset Cicero, Q. Voconium Nasonē, M. Pletorium, C. Flaminium, seipsum. C. Aquilium, subjunxit: Quid reliquæ quæstiones? quibus ex verbis reliquos prætores intelligi, falsò conjecit is, quem suprà significatione tantùm, ne cui videamur voluisse detrahere, appellavimus: vel enim, ut dixi, de iisdem prętoribus ibi nominatis, qui reliquas illas quæstiones exercere possent, licet intelligere, vel, quod jam probavi, de illis quæstionum judicibus, qui cùm prætores non essent, quæstionibus tamen non modò publicis, verùm etiam capitalibus (nec enim publicæ capitales omnes erant) interdum præerāt. Reliqui duo prætores. Ciceronis collegæ, P. Cassius & C. Antonius fuēre, Cassius de majestate quæsivit: Antonium cùm reliqui septem, quos nominavimus, omnes quæsierint, prætorem urbanum fuisse, jusq; dixisse, necesse prorsus est. Hic teneris, *inquit*, octo prætores nominasti, & peregrinum omisisti: quem adjungi necesse est: &, si adjungitur, plures erunt, quàm octo. Explico me Pædiani operis: cujus elegantem, plenumq; antiquitatis, ac verè aureū libellum nō me pœnitebit unquam legendo contrivisse: is igitur in commentario orationis adversus Antonium, & Catilinam, prætorem eum, qui de repetundis quæreret, eundem jus inter peregrinos dixisse demōstrat: quod nec à ratione videtur discrepare: non enim civium, sed sociorum: hoc est, peregrinorum causa, judicia repetundarum sunt instituta: jure igitur idem prætor & jus dicebat inter peregrinos, & iis petentibus de repetundis quærebat: quod cùm ita sit, jus inter peregrinos prętorem Cicerónem dixisse, qui de repetundis quæsivit, pro certo putandum est. verùm Pædiani verba, ut ejus testimonio res pateat, subscribamus. Antonius, *inquit*, multos in Achaia spoliaverat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: deinde Græci, quos spoliaverat, eduxerūt Antonium in jus ad M. Lucullum prætorē, qui jus inter peregrinos dicebat. & cùm Lucullus id, quod Græci postulabant, decrevisset, appellavit tribunos Antonius, jurávitq; se ideo appellare, quòd æquo jure uti non posset: quem locum & Plutarchus attigit in vita Cæsaris, sed ita mendosè, ut mirer eum in rebus Romanis tam turpiter esse lapsum. Primùm P. Antonium nominat, qui Cāius fuit: deinde Macedoniæ prætorem appellat M. Lucullum, qui prætor Romæ fuit: tertiò, de corruptis judiciis accusatum ait Antonium, qui accusatus est de repetundis: postremò, tradit eum ideo tribunos pleb. appellasse, quòd sibi non licere cum Græcis diceret æquo jure in Græcia contendere: cùm appellare in provincia ad tribunos pleb. qui Romæ erant, nemo soleret: quæsum potiùs ad senatum socii veniebant, nec de corruptis judiciis, sed de pecuniis ereptis, aut de nece injusta, aut hujusmodi flagitiis: de quibus aut ad prætorem, aut etiā ad populum quandoq; agebat accusator. quare Plutarchum hoc in loco non puto posse ab inscientiæ culpa vindicari. Hęc paulò fusiùs tractavimus, non ambitione adducti, sed studio veritatis, ne confirmaretur opinio illa de decem prætoribus ante bellum civile Cæsaris & Pompeii. Ex P. Manutii cōmentariis in Epist. ad Quint. Frat.

Prætōrĭus, a, um. Quod est prætoris, seu quod ad prætorē pertinet: [*ὁ στρατηγικός, ἡ τοῦ στρατηγοῦ.* Gall. *Du preteur.* Ital. *Cio che s' appartiene al pretore.* Ger. Das zu einem Schultheissen/Vogt oder Burgermeister gehört. Hisp. *Lo que pertenesce al pretor.* Pol. *Urzędowy.* Vng. *Feiedelem segez, tiszthely emberhez valo.* Ang. *Belonging to the mayor or chief officer in a citie.*] Ut Prætoria jus, Prætoria cohors, quæ à Prætore: hoc est, imperatore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quenq; delegit, qui à se in bello non discederet, & certo munere militiæ vacaret, & sesquiplex stipendium acciperet. Prætoria verò porta dicitur, qua exercitus in prælium educitur: qui initio Prætores erant qui nunc *Imperatores*, qui bella administrabant. ¶ Prætorium genus, ex quo majorum quisquam Præturam gessit. ad Consulatum tamen non pervēnit. Cicero pro Plancio: Cedat Consulari generi prætorium, nec contendat cum Prætorio Equester locus. ¶ Prætorius vir, qui Præturam gessit, sicut Consularis, qui Consulatum. Cælius Ciceroni: Provinciæ, quas Prætorii pro Prætore obtinerent. Cicero Attico: Consulares atq; Prætorii viri.

Prætōrium, rii. n. s. Domus in qua Prætor habitat, sive dux, [*ὁ στρατηγικὸς οἶκος, στρατηγεῖον, στρατηγικὸν σκῆνος.* Gall. *Le logis du preteur, pretoire.* Ital. *Palazzo da regime, il palazzo del principe.* Ger. Eines Schultheissen/Vogts oder Burgermeisters behausung. Hisp. *La casa real ó consular.* Pol. *Dom przełożonego magistratu, ratuś.* Vng. *Vdvar haz, fidelem haza.* Ang. *The house wherein the mayor dwelleth.*] Quia (ut dictum est) omnis magistratus cui parēret exercitus, Prętor dictus est. Liv. lib. 3: Quercus ingens arbor Prætorio immineba, cujus umbra opacā sedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dici-

tur Augustale. ¶ Prætorium est pars villæ, quam Dominus si quando ruri sit, ipse solet inhabitare. Villæ enim tres partes erant, autore Columella: prætorium sine villa urbana: villa rustica in qua erat colonus: villa fructuaria, in qua condebantur fructus. De prætorio loquitur Suetonius de Calig. In extructionibus Prætoriorum atq; villarum omni posthabita ratione nihil tām efficere concupiscebat, quām quod effici posse negaretur. Pallad. lib. 1: Ipsius etiam Prætorii situs sit loco aliquatenus erectiore, & sicciore propter injuriam Fundamentorum, & ut læto fruatur aspectu. ¶ Figuratè item prætorium accipitur pro ipso concilio à Prætore in tentorium suum domúmve convocato: unde Dimittere prætorium legimus, sicut Dimittere Senatum. Liv. Fulvius ne idipsum impedimento incœpto foret, dimittens Prætorium, Tribunis militum, ac præfectis sociorum imperavit, &c.

Prætōrĭānī, m. l. Dicebantur cohortis prætoriæ milites, à Prætore: hoc est, Imperatore corporis sui custodiæ causa delecti, Cic. pro Cælio: Nemini unquam præsenti Prætoriani majores honores habuerunt, quām M. Cælio. Plin. lib. 6. cap. 29: Nuper renunciavêre principi Neroni, missi ab eo prætoriani milites, cum Tribuno ad explorādum, inter reliqua bella Æthiopicum cogitanti.

Prætōrĭus, a, um, aliud adjectivum, Prætorius. Martial. lib. 8: De prætoria solium mihi Paule corona Mittis, hoc phialæ nomen habere jubes.

Prætūra, æ, f. p. Prætoris dignitas, [שִׂכְלִיוֹן *sichlión* פְּקֻדָּה *pekuddáh* ἀξίωμα, ἀρχή. Gal. *Preture, office, & dignite de preteur.* Ita. *Pretura, podestaria.* Ger. Eines Schultheissen ampt oder wirde. Hisp. *La dignidad del pretor.* Pol. *Vrzędnicka godność.* Vng *Vraſag tiſzt.* Ang. *The dignitie and office of the mayor.*] Plin. lib. 14 cap. 22: Ad proconsulatum usq; è prætura honoribus gestis. Cicero pro Flacco: Prætura jurisdictio res varia, & multiplex ad suspiciones, & simultates. Idem pro Muræna: Prætura Murenæ probata in jure, grata in munere, ornata in provincia. Idē 3. Catil. Quum Prætura se abdicasset. ¶ Egredi Prætură. Tacitus libro 3: Volusio vetus familia, neque tamen Prætura egressa.

Prætortŭs, Valde tortus. [σφόδο στρεβλὸς, λίαν στραφεὶς. Gall. *Fort tortu.* Ital. *Molto torto.* Ger. Gar getrůret. Hisp. *Muy tuerto.* Pol. *Barzo skrzywiony.* Vng. *Igen tekeresztnek.* Ang. *Very crooked.*] Col. lib. 3 cap. 18: Iulius Atticus prætorto capite, recurvato.

Prætrĕpĭdo, as, penult. corr. Valde trepido. Vnde prætrepidans, participium. [ὑπὸ λίαν τρέμων. Gall. *Tremblant de peur.* Ital. *Tremante di paura, fuorato.* Ger. Sehr von forcht erzittern. Hisp. *El que tiembla mucho.* Pol. *Barzo drży.* Vng. *Igen rettegek.* Ang. *To tremble for feare.*] Catul. Epigram. 43: Iam mens prætrepidans avet vagari.

Prætrĕpĭdŭs, ut Prætrepidans apud Catullum id est, σφόδρα τρέμων ὤν. [Vng. *Igen rettegő, félelmes, félenk.*] Suetonius in Nerone: Romam prætrepidus rediit.

Prætrūncо, cas, act. p. Amputo, præscindo. [קִצֵּץ *kitstsēts* κόπτω, τέμνω. Gall. *Rongner pres, couper.* Ital. *Troncare.* Ger. Vorab stumpfen oder abhauwen. Hisp. *Cortar miembro.* Pol. *Odcinam.* Vng. *El metszem.* Ang. *To cutt away.*] Plautus in Milite: Nonne tibi istam prætruncam linguam largiloquam iubes?

Prætŭmĭdŭs, Valde tumidus: [σφόδρα ὑγρώδης, λίαν οἰδαλέος. Gall. *Fort enflé.* Ital. *Molto gonfio.* Germ. Hefftig geschwollen oder auffgeblasen. Hisp. *Muy hinchado.* Pol. *Barzo nadęty.* Vng. *Igen fel fuualkodott.* Ang. *Much swelled.*] ut Prætumidus furor, apud Claudianum, priore Invect. in Rufinum.

Prævălĕo, prævales, pen. cor. n. l. Antecello, & quasi in majori pretio sum, vel melior sum. [יָכוֹל *jachól* גָּבַר *ghabár.* ὑπερέχω. Gall. *Estre superieur, exceder.* Ital. *Prevalere, Essere di magg ior stima.* Ger. Mehr gelten, fürtreffen. Bel. Te boven gaen. Hisp. *Prevalescer.* Pol. *Lepiem mocznieyszy, mocznieyszy.* Vng. *Bátſzellettnek vagiok.* Ang. *To exceed, to surmount.*] Plinius: Vtræq; in pretio sunt, sed tamen prævalent margaritæ. ¶ Aliquādo prævalere significat potentiorem seu robustiorem esse. [ὑπερισχύω. Gall. *Estre le plus fort.* Ital. *Esser più forte.* Ger. Mechtiger oder stercker seyn. Hisp. *Mas poder.* Pol. *Lepiem mocznieyszy.* Vng. *Vallagbó vagiok.*] Statius 2. Achil. Quisquis equo, jaculoq; potēs, qui prævalet arcu. Plin. lib. 10. cap. 6: Vulturum prævalent nigri.

Prævălēntĭă [ὑπερισχύς. Vng. *Erő vtteli hatalom vtal.*] Paulus D. lib. 6 Tit. 1. l. 23: In omnibus igitur illis, in quibus mea res per prævalentiam alienam rem trahit, meamq; efficit, &c.

Prævălĕsco, is, n. t. Idem Colum. lib 3 cap 6: Vitem quoq; antequam ex tota prævalescat arbor, conserere convenit.

Prævălĭdŭs, adjectivum, Præpotens. [גִּבּוֹר *ghibbór* תַּקִּיף *takkiph* ὑπερισχύων, ὑπερισχυρὸς, ὑπέρτονος. Gall. *Fort puissant, bien fort.* Ital. *Forte possente.* Germ. Starck gewaltig vnd starck. Hisp. *Fuerte, poderoso.* Pol. *Barzo mocny.* Vng. *Igen hatalmas, vallag.* Ang. *Very strong and mighty.*] Livius libro 26: Duas prævalidas urbes magno inter se maris terrarumque spatio discretas. Virgilius 1. Georgic. Neu te prævalidam primis ostendat aristis. Ovidius Epistol. 8: Prævalidæ fusos comminuere manus.

Prævălĭdē, adverbium. [σφόδρα ἰσχυρῶς. Gall. *Puissamment.* Ital. *Possentemente.* Ger. Gar gewaltiglich. Hisp. *Poderosamente.* Pol. *Barzo mocznie.* Vng. *Igen vallagon.* Ang. *Very strongly.*] Plinius lib. 17. cap. 14: Præcavendum ut prævalidè accipientis trunco in media fissura relinquatur.

Prævallārĕ, [Vn. *Elől meg arkolni, erősiteni.*] Hirtius de bello Alexandrino: Quo facto imperat pontem adversus hostem prævallari.

Prævărĭcŏr, penult. corrept. aris, d. p. Quocunq; modo à præscripto mei officii deflecto, ut ait Valla lib 6. [זָדוֹן *zadón* עָוַל *gháwal* מָעַל *maál.* ἁμαρτάνω, ἐξαπατῶ, ἀποστατῶ. Gall. *Prevaricquer, trahir sa partie.* Ital. *Prevaricare.* Ger. Sich vben auß fahren: Item, Nicht auffrechtig handlen/vom Rechten eines Amptsyrichts abtretten. Bel. Dat Recht overtreden. Hisp. *Hazer su officio ò ley.* Pol. *Wystąpam sie, mergo vrzędu mie pozbawie.* Vng. *Tiſztem ellen tſelekezem.* Ang. *To betraye ones cauſe, to do a thing ad da cleane contrarie.*] Plin. lib. 18. cap. 19: Arator nisi incurvus prævaricatur. ¶ In litibus autem forensibus prævaricari dicuntur vel accusator vel defensor, quum prodita causa sua, adversarii causam juvat. Cicer. de Aruſp. resp. L. Catilina pecuniam accepit, ut turpissimè prævaricaretur. Vlp. in l. Athletas. ff. de his qui notan. infam. Qui prævaricatur, ex utraque parte constitit, quinimò ex adversa. Cicero pro Cluent. Hoc quanquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari accusatori videbatur: id est, accusatorem juvare, e. q. colludere.

Prævărĭcātŏr, oris, m. t. Simulatus accusator vel defensor. [בֹּגֵד *boghēdh* שָׁטַח *pashách* מְעַל *maál.* ἁμαρτάνων. Gall. *Prevaricateur.* Ital. *Prevaricatore.* Ger. Ein Vbertretter des Rechtens, der nicht auffrichtig vnd ehrlich als er schuldig wär/ein handel führet. Hisp. *El que dexa su officio ò ley.* Pol. *Prawa w mowinik, wykrętnik, ten co pokręca.* Vng. *Tſzéles ellen tſelekedő, kepmutato, tſunſzel valo.* Ang. *A falſe by colliſion.*] Martialis Iurisconsult. l. 1. ff. ad Senatusconsult. Turpil. Prævaricatorem fuisse scribit eum qui colluderet cum reo, & translatitiè munere accusandi defungeretur: eo quòd proprias quidem probationes dissimularet: falsas verò accusationes admitteret. Vlpian. in l. Athletas. ff. de his qui notan. infam. scribit prævaricatorem esse qui diversam partem accusat, prodita causa sua: allegatq; Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum sensit. Quo quidem in loco legendum, non varia certatione, sed varicatione, optimi multa conjectura ceuset legendum. Cicero prima Verrina: Vnumne perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis? Calliu ad Ciceronem libro 8: Ne quod furore Pauli adeptus esse hoc, sua culpa videretur amisisse, & prævaricator causæ publicæ existimaretur. ¶ Apponere sibi prævaricatorem dicebat antiqui, pro eo quod est curare se per aliquē accusandum, qui colludente, facilè ille absolvatur. Cic. 2. Philip. Iam verò C. ne (quod turpissimum est) prævaricatorem mihi appositum videar. Budæus,

Prævărĭcātĭo, onis, verbale, f. t. Simulata vel accusatio vel defensio. [בֹּגְדָה *boghedháh* בֹּגֵד *boghédh* שָׁטַח *pashách* מְעִילָה *maáh* ἁμάρτημα. Gall. *Prevarication, collusion, fausse.* Ital. *Falsa, prevaricatione.* Ger. Ein vbertrettung/vnaufrechtigs handlung verpmeret. Hisp. *Falta, mengua, obra de dexar su officio ò ley.* Pol. *Przekroczenie prawa.* Vng. *Tſzéles ellen tſelekedés.* Ang. *Collusion in pleading.*] Plinius Iunior ad Cornelium Tacit. lib. 1. Epist. 10: Aliud qui prævaricatio est transire dicenda. Cicero in Partit. Prævarications nomen significat eum qui in contrariis causis quasi variè esse positus videatur. Idem ad Quintum Fratrem libro 2: Quo die hæc scripsi, Drusius erat de prævaricatione à Tuberone absolutus.

Prævĕho, is, act. t. Antè veho. [προφέρω. Gall. *Porter en devant ou parauant.* Ital. *Portare innanzi.* Ger. Voran führen/vor sich tragen. Hisp. *Traher enpuesto.* Pol. *Mimo wiozę.* Vng. *Elébe vinnem vagiok.* Ang. *To carie before.*] Vnde prævectus, a, um, antecessus vehiculo. Liv. lib. 9: Sed Equites Romani prævecti per obliquos clivos, quum se fugientibus obtulissent. Silius libro 7: Ac prævectus equo, nunc dextra prævocat hostem.

Prævĕllo, is, per duplex l, Antè vello. ἀποσπάω. Laberius: Qua parte prævulserat, apud Diomedem Grammaticus lib. 3.

Prævĕlo, as, penult. prod. Antè tego, obtego, operio. [προκαλύπτω. Gall. *Voiler & couurir par deuant.* Ital. *Coprire innanzi.* Ger. Fuerdecken oder verdecken. Hisp. *Cubrir antes.* Pol. *Nakrywam.* Vng. *Elébe fedem.* Ang. *To couer before.*] Claud. lib. 2 de Rap. Pros. Fœdos teligant crines, & vultibus addunt Flammea sollicitum prævelatura pudorem.

Prævĕlŏx, pen. prod. Valde velox. [σφόδρα ἀκὺς, σφοδρὸς ἐπὶ δρόμῳ. Gall. *Fort leger.* Ital. *Molto veloce.* Ger. Vber auß schnell. Hisp. *Muy ligero.* Pol. *Barzo prędki.* Vng. *Igen gyors, hamar.* Ang. *Very swift and speedie.*] Plin. li. 11. cap. 31: Formicæ odore foleotes provolant, crebroq; lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes.

Prævĕnio,

Prævĕnio, 2ct.q. Antè venio, anticipo. [קדם *kiddém.* φθάνω. Gall. *Venir devant, prevenir.* Ital. *Prevenire, anticipare.* Ger. Zuvorkommen. Hisp. *Venir antes.* Pol. *Vprzedzam.* Vng. *Elöl vagyok.* Ang. *To come before or prevent.*] Livius lib. 24: Cæterùm prævenit non fama solùm qua nihil in talibus rebus est celerius: sed nuntius etiam ex regiis servit. ¶ Prævenio interposita dictione. Virgil. 8. Ecloga: Nascere, præq; diem veni es age Lucifer almum.

Prævĕnio, [קדם *mekaddém.* φθάνω, προλαμβάνω. Gall. *Prevenu.* Ital. *Prevenuto.* Ger. Zuvorkommen. Hisp. *Venido antes.* Pol. *Vprzedzony.* Vng. *Elöl vetetett.* Ang. *Prevented.*] Tacitus lib. 17: Atque ipso ea ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ prævenimus erat.

Prævĕrbium, Adverbium, apud Cornel. Frontonem libro de nominum verborumq; differentiis.

Prævĕrto, is, ĕre, & prævertor, eris, d. t. Prætereo, præcedo, anteverto. [φθάνω, προφθάνω. Gall. *Aller devant & gaigner, surmonter & occuper le premier.* Ital. *Trapassare, preporre, preoccupar.* Ger. Zuvorkommen / fürlauffen / zuruck lassen. Bel. Voorwenden / te beven gaen voor komen. Hisp. *Yr delante à anticipar.* Pol. *Na zad zostawiam, wyprzedzam.* Vng. *Meg haladom.* Ang. *To go before and prevent.*] Virg. 1. Aeneid. volucremq; fuga prævertitur Hebrum. Cic. pro Sylla: Nemo me unquam tenuissima suspicione pertimuit, quæ non prævertetim. ¶ Interdùm accipitur pro præfero, præpono. Cic. 2. de Divin. Ita tamen, si vacua animo neq; habes aliquid quod huic sermoni prævertendum putes. Gell. lib. 4. cap. 3: Iurisjurandi religionem animo atq; amori prætulisse. Plaut. in Amph. Illuc redeundum est mihi, ne me uxorem prævertisse dicant præ Republica. Hoc est, ne dicant me uxorem prætulisse Reipublicæ. ¶ Item pro revoco. Plaut. Amph. Fictilia prævertitur metus: accurro ut sciam quid velit. ¶ Prævertium fulgur (inquit Festus) quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum. ¶ Prævertere seriò quod dictum est per jocum, ei existimare dictum esse seriò quod joco dictum est. Plaut. in Amph. Siquid dictum est per jocum, Non æquum est id te seriò prævortier. Adrianus Cardinalis: Prævertere, & Præverti, non id significant quod præcedere: sed id quod præponere, prævenire: sed non suo, imò potius præposterò, ac perverso ordine. Id est, ut quod erat in animo ut postea fieret, fiat antea: & contrà, quod antè erat faciendum, postea fiat. Sed id quoq; præcipuè notandum est, dativum post se plerunq; trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri. Livius 2. ab Vrbe: Nec posse, quum hostes propè ad portas essent, bello prævertisse quicquam ibidem: Ægrè impetratum à Tribunis, ut bellum præverti sinerent. Idem: Si Pœnicum Romano prævertisset bellum. Cæsar 7. belli Gall. Cæsar huic rei prævertendum existimavit: id est, occurrendum.

Prævĕto, 2s, [φθάνω προλαμβάνω. Gall. *Defendre avant.* Ital. *Vietar prima.* Ger. Vorhin verbieten. Hisp. *Defender antes.* Pol. *Wprzod zakazuie.* Vng. *Elöl meg tiltom.* Ang. *To forbidde before.*] Silius.

Prævĭdĕo, prævides, penult. corr. 2ct. 1. Antè video. [προοράω. Gall. *Prevoir, veoir par devant.* Ital. *Prevedere, antevedere.* Germ. Zuvor sehen. Bel. Voorsien. Hisp. *Ver antes.* Pol. *Przejrzec.* Vng. *Elöl meg latom.* Ang. *To foresee.*] Plinius: Id nos futurum prævideramus. Cicero 1. de Divin. Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet. Virgil. 5 Aeneid. ollicitum venientem à vertice velox Prævidit. ¶ Hinc Prævidentia ὀφθαλμὸς, quæ duplex est. Aut enim animo, aut oculis prævidemus.

Prævīsus, a, um, participium. [ὁ προορώμενος. Gall. *Preveu.* Ital. *Preveduto.* Germ. Vorgesehen. Hisp. *Veido antes.* Pol. *Przejrzany.* Vng. *Elöl meg latattatot.* Ang. *Foreseen.*] Cic. 5. Verr. Res mihi tota prævisa atq; præcauta est. Idem de Divinat. 1.

Prævĭtio, 1s. act. p. Antè vitio, vel corrumpo. [προδιαφθείρω, προδιαφθορὰν. Gall. *Gaster au paravant.* Ital. *Viziare prima, ò corrompere.* Ger. Vorhin geschenden oder verwüsten. Hisp. *Corromper antes.* Pol. *Wprzod kaze.* Vng. *Elöl meg rontom.* Ang. *To destaire before.*] Ovid. 14. Metam. de Circe loquens: Hunc dea prævitiat, portentificisq; venenis Inquinat.

Prævincio, is, ire, act. q. Præligo, ligo. Gell. li. 15. cap. 10: Cum eodem laqueo quo essent prævinctæ efferrentur. [προδέω, προσδέω. Gall. *Lier au paravant.* Ital. *Ligare avanti.* Germ. Vorhin binden. Hisp. *Atar, atar antes.* Pol. *Wprzod wiaze.* Vng. *Elöl meg kötöm.* Ang. *To bind before.*]

Prævĭus, a, um, Qui præeundo viam monstrant. [ὁδηγὸς, ἡγεμὼν. Gall. *Qui va devant.* Ital. *Che va avanti.* Ger. Das vorgeht. Hisp. *Cosa que va delante.* Pol. *Wprzod idacy.* Vng. *Kalauz, vmutato.* Ang. *That goeth before.*] Cic. in Arat. Alcyonem genuit clara demissus ab astris, Prævius Auroræ, Solis, Noctisq; satelles. Ovid. 11. Metamorph. Nunc præcedentem sequitur, nùc prævius anteit.

Præumbro, ar, are, act. p. Tego, caligine offundo, & involvo, inquit Budæus. [חרשיך *hecheschich.* σκοτίζω, ἐπισκοτῶ. Gall. *Obscurcir, en se mettant au devant, offusquer.* Ital. *Coprire d'ombra.* Ger. Beschattigen, verdunckien eben wie etwan den einem vor dem liecht sicht. Hisp. *Cubrir de sombra.* Pol. *Zacmiewam.* Vng. *Be arnyekozom.* Ang. *To shadow, and mak dark by going before.*] Tacitus: Fama, in quantum præumbrante Imperatoris fastigio datur, clarus. Hic præumbrare dicitur Imperatoris fastigium: quia ptinorum magnitudine superius splendorē eorum obfuscat: quemadmodum præcelsæ arbores fulgore in se recepto alias obscurant inferiores.

Prævŏlo, as, penult. corr. Antè volo. [προπέτομαι. Gall. *Voler devant.* Ital. *Volare innanzi.* Germ. Voran fliegen. Hisp. *Volar delante.* Pol. *Przelatuie.* Vng. *Elöl repülök.* Ang. *To flee before.*] Plaut. Milite: Novine mores me tuos meditatè decet, Curamque adhibere ut prævolet mihi quò tu velis. Cicer. 2. de Nat. deor. Basis autem trianguli quem efficiūt grues, ea tanquam à puppi ventis adjuvatur, eæq; in tergo prævolantium colla & capita reponunt.

Præūro, is, præussi, præustum, act. 1. Antè uro: unde Præustus, a, um, particip. in cacumine adustus. [προσφλέγω, προπυρόω. Gall. *Brusler par devant, ou auparavant.* Ital. *Abbrog giare nella cima.* Ger. Beinen herbrennen. Hisp. *Quemar antes.* Pol. *Wprzod palie.* Vng. *Szenes, elöl meg egett.* Ang. *To burne before.*] Livius 1. ab Vrbe: Bellum erat consensu fieri solitum, ut Fecialis hastā ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. Virgil. 7. Aeneid. non jam certamine agresti Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis.

Prăgmătĭci, πραγματικοί. Apud Græcos erant infimæ sortis homines, qui mercede conducti ministros se præbebant oratoribus in judiciis. Quanquam postea hoc nomen omnibus iis communicatum est qui forensia negotia tractarent. Dicti Pragmatici à Græco nomine πρᾶγμα, quod inter cætera causam sive litem significat. Pragmatici erant homines quidam, inquit Budæus, forensis professionis, qui causarum actores, interdum juris ignaros monebant, juris responsa, formulasq; actionum subministrantes, quasi admonitores postici, dicendorumq; suggestores, quum ad juris disceptationem ventum erat. Quint. lib. 12: Quid si fortè peritus ille juris non aderit? neq; ego sum nostri moris ignārus, oblitúsve eorum qui velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neque item quoq; Græcos nescio factitasse, unde nomen iis pragmaticorum datum est.

Prăgmătĭcum, ci. substantivum, n. s. Cicer. ad Attic. lib. 14: Tu siquid pragmaticon habes, scribe: hoc est, quod in republica gestum sit, inquit Budæus. Quintil. lib. 3: Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus meis, sive quod Græci πραγματικὰς vocant juris interpretes. Iuven. Satyr. 7: Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum: hoc est, à judicio discedunt, & litem arbitrio forensium advocatorum seu procuratorum dirimendam permittunt. Cicero lib. 1. de Orat. Itaque non (ut apud Græcos) infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in judiciis oratoribus, si qui apud illos pragmatici vocantur: sic in nostra civitate, &c. Idem ad Attic. lib. 2: Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, verbisque demq; cavere jubent, & vetant credere.

Prăgmătĭcæ sanctiones dicuntur principum rescripta, non de privatorum negotiis, sed corporum, ordinum & collegiorū causis de consilii sententia emissa: inde fortassis deducto verbo, quòd pragmaticis & peritis viris in consilium adhibitis interponuntur. Hotomanus. De his, tit. in Cod. de divers. rescript. & pragmat. sanctionibus.

Prămnium vinum, πράμνειος οἶνος, Generosi vini genus, quòd in Smyrnæorum agro nascebatur, juxta delubrum Martis dictum, etiam Homeri carmine celebratum. Autor Plinius lib. 14. cap. 4.

Prămnĭon, πράμνιον. Indica gemma est nigerrimo colore, sed pellucida, admistum habens & carbunculi colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Prandĭum, dii. n. s. Cibus qui circa meridiem sumitur, quam veteres cœnam appellabant. [ארוחה *aruchah.* ἄριστον. Gall. *Le disner, repas qu'on prend devant midy.* Ital. *Il desinare.* Ger. Ein tmbiß oder imbissmal. Bel. Een noenmaal. Hisp. *La comida temprana ò ayuntar.* Pol. *Obiad.* Vng. *Ebed.* Ang. *A dinner.*] Festus: Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est *prandium*: vesperna autem quam nunc *cœnam* appellamus. Nonius: Quæ nūc prandia sunt, cœnas Sabini habebant: & pro cœnis vespernas appellabant. Plautus Pœnulo: Partem prandii pignus cepi, abii foras. Cicero in Vert. Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? Idem ad Atticum libro 5: Antecesserat Statius, ut prandium nobis præberet. Idem pro Murœna: Ac spectacula sunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. Suetonius in Vitel. cap. 13: Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, & prandia, cœnas, comessationesque. Finire prandia nigris montis. Horatius 1. Serm. Satyr. 4: illic salubres Æstates ducet, nigris qui prandia montis Finiet.

niet. Dictum prandium (ut quidam volunt) à peredendo, quòd pauxillulum quiddam in prandiũ pararetur, quod facilè posset absumi. Alii prandiũ dictum volunt quasi parandiũ: quòd levia tantùm quædam & paratu facilia apponerentur. Nam prandium non fuisse præcipuum cibum antiquis apparet ex Celso, libro 7, quum de hyeme loquitur: Si prandet aliquis, inquit, utilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Idem lib. 4: Famem facilius fert adolescens quàm puer: & uno cibo, quàm prandio quoque assuetus. Idem lib. 7: Aestate verò & potione, & cibo corpus sæpiùs eget: ideo prandere quoq; commodum est. Plin. lib. 28. cap. 5: Hippocrates tradit non prandentium exta celeriùs senescere.

Prandĭŏlum, li, diminutivum, sive Prandiculum, n. s. Quod jentaculum appellatur. Festus. τὸ ἀριστίδιον.

Prandĕo, des, prandi, & pransus sum, n. s. Prãdium sumo. [סעד *sahádh ἀριστάω.* Gall. *Disner.* Ital. *Desinare.* Ger. Zu mittag essen. Bel. Noenmaet eten. Hisp. *Comer.* Pol. *Obiadwam.* Vng. *Ebedlem.* An. *To dine.*] Plautus in Menæch. Prandi & potavi, scortumq; accubui. Cicero pro Cluent. Quum in ejus nuptiis more Larinatium multitudo hominum prãderet. Plautus in Menæch. Prandit in navi, inde huc sum egressus, te convenio. ¶ Interdũ activè accipitur, pro comedere id quod est in prandio, in accusativo positum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Luscinias soliti impenso prandère coëmptas.

Prānsŭs, a, um, participium. [ἀριστήσας, ἀριστήσαντος. Gall. *Qui a disné.* Ital. *Che ha desinato.* Ger. Zu mittag gessen. Hisp. *Que ha comido.* Pol. *Obiadwany.* Vng. *Ebedzett.* Ang. *That hath dined.*] Horat. 1. Serm. Satyr. 6. Pransus non avidè. Cicero pro Mil. Adde insciam pransũ, poti, oscitantis ducis. Pransos veteres vocabant, teste Nonio, non solùm qui edissent, sed etiam quibus nihil decesset. Varro. Pransum te ac paratum esse oportere.

Prānsĭto, tas, pen. corr. frequentativum à prandeo: [πολὺ ἀριστᾶν. Gall. *Disner souvent.* Ital. *Desinar souente.* Germ. Offt zu mittag essen. Hisp. *Comer muchas vezes.* Pol. *Vilawnie obiadwanie.* Vng. *Ebedle gelem.* Ang. *To dine or taste often.*] quod Plaut. in Amph. cum accusativo construxit. Nequam homines (inquit) qui polentam pransitant.

Prānsŏr, soris, m. t. Qui prandet, aut qui invitatus est ad prandium. [סעד *sohédh, ἀριστητὴς ἢ ἀριστῶν.* Gall. *Qui disne, ou invité à disner.* Ital. *Chi desina, ò inuitato à desinare.* Ger. Ein mittag esser oder mittags Gast. Hisp. *Yantador, ò combidado à yantar.* Pol. *Na obiad wzywany.* Vng. *Ebedlö.* Ang. *That dineth.*] Plaut. in Menæch. Bonum antepoenam prandium pransoribus.

Prānsōrĭus, adjectivum, ὁ πρὸς τὸ ἀριστᾶν ἁρμόδιος, ἀριστητικὸς, ut Pransorium candelabrum, apud Quintilianum lib. 6. cap. 4: Mirantibus quòd humile candelabrum emisset: Pransorium erit, inquit.

Prāsĭnus, penult. corr. [πράσινος. Gall. *Verd.* Ital. & Hisp. *Verde.* Ger. Grün wie der lauch. Pol. *Zielony.* Vng. *Szöld.* Ang. *Grene.*] Color viridis ad similitudinẽ porri. Nam πράσον, Latinè porrum dicitur. Hinc vestes è viridi lana, prasinæ dicuntur. Martialis libro 10: De nostra prasina est synthesis empta toga. Plautus: Prasina, ocrina, tyale, soccos, monilia amisit. Plinius lib. 37. cap. 10.

Prāsĭus, πράσιος. Gemma est è viridantium genere, virore tamen multò dilutiore quàm smaragdus, utpote quæ ad porri colorem (unde & nomen accepit) maximè accedat. Sunt autem tria prasii genera, quæ vide apud Plinium libro 37. cap. 8.

Prāsŏĭdes, pen. prod. πρασοειδὲς, Gemma est ex genere topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam πρασοειδὲς Græcis idem est quod porraceum. Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

Prasiocurides, Vermiculi, qui porros, brassicam & lactucam corrodunt.

Prātum, ti, n. s. Ager ex quo fœnum percipitur: [אחו *áchu λειμών.* Gall. *Vn pré.* Ital. *Prato.* Ger. Ein Matten oder Wysen. Bel. Een beemt. Hisp. *Prado.* Pol. *Laka.* Vng. *Szena ret, mezö.* An. *A medow.*] nomen habens ex eo quod fiunt opera paratum sit, ut placet Varroni lib. 4. de lingua Latina: Pratum (inquit Vlpianus de verborũ significationibus) in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum quòd paratum sit ad fructum capiendum. Columell. lib. 2. cap. 17: Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoq; indiderunt ab eo quòd protinus esset paratũ, nec magnum laborem desideraret. Ovid. 1. Metamorph. Figitur in viridi, si fors tulit, anchora prato. Idem: Area gramineo subebat viridissima prato. Virgil. 8. Aegloga: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ¶ Prata item dicebãtur quæ nùc viridaria, ut plurimum buxo & lauro frequentata.

Prātŭlum, diminutivum, apud Plinium Epistol. 101. [τὸ λειμωνάριον, μικρὸς λειμών. Gall. *Vn petit pré, vn preau.* Ital. *Piccial prato.* Ger. Ein Mätten oder ein Wysslin. Hisp. *Pequenno prado.* Pol. *Laczka.* Vng. *Kerteke, mezöcske.* Ang. *A little medow.*] Cicero ad Atticum lib. 12: Pro isto asso sole quo tu abusus es in nostro pratulo. Idem de Claris Orator. Tum in pratulo propter Platonis statuam consedimus.

Prātēnsis, se, om. t. Quod est ex prato. [ἐκ λειμῶνος, ἀπὸ λειμῶνος. Gall. *De pré.* Ital. *Cosa de prato.* Ger. Das auff der matten oder wysen wächst oder auff der matten kompt. Hisp. *Cosa perteneciente à prado.* Pol. *Z'acquy.* Vng. *Rethi vala.* Ang. *Of a medow.*] Colum. lib. 6. cap. 3: Eoq; nemo dubitat quin optima sint vicia in falcem ligata & cicercula, itemq; pratense fœnum. Pratenses flores. Plin. lib. 21. cap. 8. pratenses fungi, qui in pratis nascuntur. Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 4: pratensibus optima fungis Natura est: aliis malè creditur.

Prāvŭs, a, um. Distortum, perversum: cui opponitur Rectus. [עקש *ikkésh* נעוה *naháwih* מעקל *mehukkal.* σκολιὸς. Gall. *Tors.* Ital. *Torto.* Ger. *Krumb, nicht gerad.* Hisp. *Torcido.* Pol. *Krzywy, wi.* Vng. *Horgas.* Ang. *Croked.*] Cicer. 1. Acad. Quid rectum in oratione, pravumve. Horatius 1. Serm. Satyr. 3: hunc tamen distortis cruribus, illum Balbutit scaurum, pravis fultum malè talis. Lucret. lib. 4: Deniq; ut in fabrica, si prava est regula prima, Omnia mendosè fieri, atq; obstipa necessum est. ¶ Per translationẽ accipitur pro malo & vitioso. [עקש *hevvai* עקשים *hekkóshi trewgót, σκολιὸς.* Gall. *Pervers, mauuais.* Ital. *Cattiuo, malegno.* Ger. Böss, arg, verkehrt. Bel. Boos, quaet verbeten. Hisp. *Hecho al reues, dela buena.* Pol. *Przewrotni.* Vng. *Gonosz, Ang. Shrewd, euill, naughtie.*] Terentius in Adelph. Etti hoc mihi pravum, ineptum, absurdum, atq; alienum à vita mea videatur. Cic. pro Rosc. Com. Nihil ab hoc pravum & perversum produci posse arbitrabantur. Cic. 2. de Finib. Bestiarum vero illum judicium puto: quanvis enim depravatæ non sint, pravæ tamen esse possunt. Tenax pravi, Virgil. 4. Aencid. Obortus pravis. Horat. 2. Serm. Sat. 7. Stultitia prava. Horat. 2 Serm. Sat. 3. Ambitio prava, Horat. 1 Serm. Sat. 6. Pravo naso vivere. Horat. in Arte.

Prāvĭssĭmus, superl. [Vn. *Igen gonoz later, el fordulchiasso.*] Velleius Paterculus Histor. 2: Evitatis quæ jussu hominis pravissimi tela in eum acta erant.

Prāvĭtās, f. t. Obliquitas mala & perversa alicujus rei constitutio, & compositio. [עקלקלות *hakelkallóth* מעוש *mahakésh.* στρεβλότης, σκολιότης. Gall. *Tortuosité, mauuaistié.* Ital. *Torteza, malagieza.* Ger. Die trumbe, vngerade. Hisp. *Torcedura de la cosa.* Pol. *Z'los'c, przewrotnosc.* Vng. *Horgassag.* Ang. *Crokednesse, shrewdnesse.*] Cic. 4. Tusc. Vitium, quum partes corporis inter se dissident, ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Idem 1. de Legib. Corporis pravitates, si crũ pennis grues, an habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit? ¶ Ponitur aliquãdo pro malitia. [עקש *hayáh* עקשים *hekkéshoth.* Vng. *Gonoszág.*] Cic. 4. Acad. Tantæne in ista pravitate perfidiæ? Cic. in Parad. Animi pravitates nostri vitia dicuntur.

Prāvē, adverbium: ejus contrarium est Rectè. [στρεβλῶς, σκολιῶς. Gall. *Mauuaisement, peruersement.* Ital. *Strettamente, storcimento.* Ger. Böss fertigkeit, ding oder wort. Hisp. *Contrahecho de la cosa.* Pol. *Z'los'cie.* Vng. *Gonoszul.* Ang. *Naughtilie, shrewdlie.*] Cic. 2. de Finib. Ille porro malè, pravè, turpiter cœnabat.

Prāxĭbūlus, li, πραξιβούλου. Athenienium magistratus, cujus meminit Plin. lib. 33. cap. 7.

Prāxis, praxeos, f. t. Latinè Actio. [מעשה *maasséh* עשיה *asséh* עבודה *abhódah πρᾶξις.* Gall. *Action, negoce.* Ital. *Actione, negotio.* Ger. Ein handlung. Hisp. *Obra negocio.* Pol. *Sprawa, handel.* Vng. *Cselekedet, munka.* Ang. *Doing, or byssines.*] Unde practicus, a, um, qui actu, & qui actu ipso aliquid proficit. Hinc artes dicuntur quædam practicæ, quæ in exercitatione & ipsa actione consistunt: diversæ ab illis quę theoricæ: id est, speculativæ, & ex mixtis: hoc est, effectivæ dicuntur. De unoq; Quintil. lib. 2. cap. 18: Quum sint autem artium aliæ pollicæ in inspectione id est, cognitione & æstimatione rerum, qualis est Astronomiæ, nullum exigens actum, sed ipso rei cujus studium habet, intellectu contenta: quæ θεωρητικὴ vocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilq; post actum operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis est saltatio. Aliæ ab effectu, &c.

Prĕcĭæ Vvæ, teste Servio, dicuntur quę ante alias maturescunt, quasi præcoquæ. [Pol. *Rane winno.*] Virgilius 2. Georg. Et passo Psythia utilior, tenuisq; Lageos. Tenatura pedes olim vinctura q; linguam: Purpureæ, preciæq; & quo te carmine dicam Rhetica?

Prĕcium, & precĭosus, Vide PRETIVM.

Prĕcŏr, aris, com. p. cum accusativo, Oro, peto. [שׁאל *sháal* עתר *athár* שׁוע *shúa* ἱκετεύω, παρακαλῶ. Gall. *Prier.* Ital. *Pregare.* Ger. Bitten. Bel. Bidden. Hisp. *Rogar, pedir alcunas.* Pol. *Prosze.* Vng. *Könyörgök.* Ang. *To praye.*] Cic. 1. de Nat. deorum: Quid veneramur, quid precamur deos? Ibidem: Dii quos aequum est colere, precari, veneratiq; solemus. Ĭdĭctum verò cum dicimus, idem est quod opto alicui bonam vel malam fortunam. Sic pro-

nus. Quintilianus: Et oram solventibus bene precemur. Horatius 2. Serm. Satyr. 7: Milvius & scurræ tibi nō referenda precari. Discedunt. Dira precari alicui, Tibul. lib. 2. Eleg. 7. Malè precari alicui. Cic. in Pisonem: An quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur, malè precarentur, unam tibi illam etiam, & sempiternam esse vellent? Precari ad Deos, Liv. lib. 32. Precari deos bonas preces. Cato capite 134: Iane pater te hac strue commovenda bonas preces precor. ¶ Hujus compositi sunt, Deprecor, Imprecor: de quibus suis locis.

Precātŏr, m. 1. Qui pro alio intercedit, vel postulat, deprecator. [עתר *hathár. iterat, precatus.* Gall. *Prieur, qui prie.* Ital. *Che prega.* Ger. Ein anbetter oder fürbitter. Hisp. *El que roga, rogador.* Pol. *Proszący.* Vng. *Könyörgő.* Ang. *He that prayeth.*] Terentius in Heaut. Nemo accusat Syre te: nec tu aram tibi, neq; precatorem pararis.

Precātĭo, onis, verbale, f. t. Obtestatio, invocatio. [תחנה *techīnnáh* תפלה *tephilláh. Iterat.* Gall. *Priere.* Ital. *Preghiera.* Ger. Ein anbetten Gebẽt. Hisp. *Ruego.* Pol. *Prośba, modlitwa.* Vng. *Könyörgés, imadság.* Ang. *A praying.*] Cicero pro Mur. Quòd illa solennis comitiorum precatio, Consularibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim & religionem, &c. Livius 9. ab Vrbe: Quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esset, aut obsidibus, ubi precatione res transigitur?

Prĕcis, preci, precem, &c. Obliqui sunt ab inusitato nominativo prex: Precatio, sive obsecratio. [תחנה *techīnnáh* תפלה *tephilláh. Iterat. Precatio.* Gall. *Priere.* Ital. *Preghiera.* Ger. Gebẽt. Hisp. *Ruego.* Pol. *Prośba.* Vng. *Imadság, könörgés.* An. *Prayer.*] Terent. Phorm. Sed parumne est quod omnibus nunc nobis faccessiet senex. Ni instigemus etiam ut nullus locus relinquatur prec? Quintil. lib. 3 cap. 10: Hac illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat. Terētius in Andr. Nihil est prece locutum relictum, jam perturbavi omnia. Horat. 2. Epist. 1: Colchicis implorat aquas docta prece blandus. Ovidius 2. de Ponto Eleg. 2: Tempus adest aptum precibus.

Prĕcĭbus, a, um, adject. Est quod precibus petenti utendũ concedatur tandiu quãdiu is qui concessit, patitur. [*Verneijo.* Gall. *Empruntè à la charge de le rendre.* Ital. *Preso ad imprestito.* Ger. Das einem auff Bitt zu gebrauch gethon und vergönnt ist. Hisp. *Cosa de ruego.* Pol. *Nabyte do wymowienia wprzyjaźni.* Vng. *Engedelembõl való.* Ang. *That by sufferance granted to one for a while, borrowed on a condition to restore it at the will of the lender.*] In hanc sententiam dictum ait Seneca, hominem esse precarii spiritus. Et apud Curtium ait Alexander: Mori præstat quàm precario Imperatorem esse. Idem: Sed precatium spernebatur imperium. Vbi precarium Imperium dicitur id quod tandiu obtinetur, quandiu qui concesserē, permittunt. Animæ precariæ. Tacit. libro 11: Neq; precariam animam inter infensos trahere. Precarium auxilium, non justum ferre, Liv. 2 ab Vrbe. Ius precarium, Tacitus de Germanis. Sãlus precaria, Brutus Ciceroni. Quæstus precarius. Cicero Octaviano: Cujus avus fuerit argentarius, stipulator pater, uterq; verò precarium fecerit quæstum.

Prĕcārĭo, nomen, ipsa terminatione dativi pro adverbio accipitur. [*Iā durēre, mit durch, durch zwingen.* Gall. *Par priere, par empressement.* Ital. *Pregando, per importunità.* Germ. Durch bitt, bittlicher weis. Hisp. *Alcanzando por ruegos.* Pol. *Vprzejęciem obyczajem.* Vng. *Könyörgés által.* Ang. *By suite or prayer.*] Terentius in Eunuch. Sen vi, seu clãm, seu precario. Paul. Iurisconsul. Precario habere videtur, qui possessionem corporis, vel juris adeptus est ex hac solummodo causa quod adhibuit preces, & impetravit, ut sibi possidere aut uti liceat. Velim tamen me rogaveris ut per fundum meum ire, vel agere tibi liceat, vel ut in tectum meum stillicidium, vel tigna in parietem immissum habeas. Cicero pro Aulo Cecin. Ne id quidem satis est, nisi doceat ita se possedisse, ut nec vi, nec clãm, nec precario possederit. Idem 3 de Orat. Etenim verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse: aut, ut precario, non vi venisse videatur.

Prehendo, Vide PRAEHENDO.

Prĕlum, li, Vide PRAELVM.

Prĕmo, is, pressi, pressum, act. 1. Propriè calco, & innitor alicui rei tum pondere, stringo. [דחק *dachak* תעיק *mahách* דרך *darách* עם *bac* [ח] *lachás. מצר, θλίβω.* Gall. *Presser, fouler, serrer, estraindre.* Ital. *Premere, calcare.* Ger. Trucken/ tringen. Bel. Dwingen. Hisp. *Cargar ò apretar.* Pol. *Cisnąć.* Vng. *Nyomni, szorítani.* Ang. *To presse.*] Virg. 4. Georg. & spumantia cogere pressis Mella favis. Idem Aeneid. 2: veluti qui sentibus anguem Pressit, humi nitens. ¶ Quandoq; ponitur pro adversari, vexare. Virgilius 10. Aeneid. Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoste. Plaut. Amphit. Fata isthæc me premunt. ¶ Quandoque pro effodere. Idem 10. Aeneid.: sulcumque sibi premat ipsa carina. ¶ Quandoque pro insequi, instãre, urgere. [רדף *radháph* [א] *atz. מרדף*] Virgil. 1. Aeneid. Hãc fugerent Graii, premeret Troiana juventus. Idem Georg. 3: Ingentem clamore premes ad retia cervũ. ¶ Quandoque occultare. [כסה *chasáh. κρύπτω.*] Virgil. 1. Aeneid. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. ¶ Quandoq; expellere. [דחף *dachápht* בדף *nadhiph. ἐκπέλλω.*] Varro 2: Invitumq; premit ab ædibus. ¶ Quandoq; cohibere. [עצר *hatsár.*] Virgil. 1. Aeneid. Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat. ¶ Quandoq; claudere. Virg. 9. Aeneid. pressive oculos ac vulnera lavi. ¶ Quandoq; vitiare. [עבה *bāsáh. μολύνω.*] Varro: Qui toties vilibet tui uxorem abiente pressisti viro. ¶ Quandoq; removere, excitare. Virg. 1. Georg. & rutis opaci Falce premes umbram. ¶ Quandoq; vastare. Virg. 1. Aeneid. pelago premit arva sonanti. ¶ Quandoque occidere. Virg. 9. Aeneid. Armigerũq; Remi premit. ¶ Quandoque demergere, infodere. Idem 2. Georg. Quod superest, quæcũq; premes virgulta per agros Spargere fimo pingui. ¶ Quãdoque instare, & dicendo immorari. Plinius Epistol. 9. lib. 3: Quum Calcam accusarem, nihil magis pressi quam quod accusator ejus, &c. ¶ Quãdoq; reprehẽdere, maledicere. Quintil. lib. 12. de Cicerone: præcipue verò presserunt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant. ¶ Aere alieno premi. Cic. in Catil. Qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expetunt. ¶ Facta premunt annos: hoc est superant. Ovid. 7 Metamorph. Si titulos, annosq; tuos numerare velimus, Facta prement annos: id est, plura erunt facta quàm anni, aut majora quàm pro ætate. ¶ Angustiis premi. Cæs. 3. bell. Gall. Quibus angustiis Cæsar à Venetis premebatur, docet. ¶ Hujus compolita sunt, Apprimo, Comprimo, Deprimo, Exprimo, Imprimo, Opprimo, Reprimo & Supprimo, quæ habent penultimam correptam.

Prĕssŭs, a, um, participium est. [מעוך *maúch* דרוך *darúr* בתין *esúre vallãtus, vehemens, &c.* Gall. *Presse, espraint, serré.* Ital. *Calcato, sarcito.* Germ. Getruckt. Hisp. *Apretado, ò cargado.* Pol. *Vcisniony.* Vng. *Nyomat, szoritatot.* Ang. *Pressed.*] Colum. lib. 7. cap. 8: Illa vero notissima est ratio faciendi caci, quem dicimus manu pressum. Virgil. 2. Eclog.: sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Idem 3. Georgic. Læta magis pressis manabunt flumina mãmis. ¶ Aliquando nomen est, & ponitur pro subtilis ac brevis. Cic. in Horten. Quis te autem est, aut fuit unquam in partiendis rebus, in definiendis & explicandis sententiis pressior? ¶ Aliquãdo dicitur onusti, gravatum, βεβαρημένον. Virgil. lib. 1. Georg. Ceu pressæ quum jam portum tetigêre carinæ. ¶ Presso gradu incedere: hoc est, firmo, nec celeri, sed quo cautos incedere videmus. Livius lib. 28: Inde ubi incipiendæ jam pugnæ tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere jube. ¶ Pressum vocat Ovidius quod est quasi impressa nota signatum, lib. 6. Fastor. Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea pressa nota est.

Prĕssŭs, us, m. q. Ipsa pressio sive premendi actus. [מדרך *midrách* עקה *hakalı* מעוקה *mehuka'h. θλῖψις, συνοχή.* Gall. *Pressement, fondement.* Ital. *Esso premere.* Ger. Das trucken. Hisp. *Apretamiento.* Pol. *Vcisk.* Vng. *Nyoma, szoritas.* Ang. *A pressing.*] Cic. lib. 1. de Orat. Nemo est quin literatissimũ togatorum omniũ Qu. Valerium Soranum lenitate vocis, atq; ipso oris pressu & sono facilè vincat. Idem 2. Tuscul. Sic animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum.

Prĕssūra, æ, f. p. Pressus, hujus pressūs: hoc est, actus ipse premẽdi. [מדרך *midrách* עקה *hakalı* מעוקה *mehuka'h. θλῖψις, συνοχή.* Gall. *Pressoirement, pressurage.* Ital. *Esso premere, ò stringere.* Ger. Ein truck oder zwang. Hisp. *Apretamiento.* Pol. *Vcisk.* Vng. *Nyoma, szoritas.* Ang. *A pressing.*] Plinius lib. 18. cap. 31: Pressura una culeos XX. implere debet. Colum. lib. 2. cap. 36: Mustũ tortivum est quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur.

Prĕssō, as. Frequentativum à premo. [*πιεζάζω.* Gall. *Presser souvent.* Ital. *Premere sovente.* Ger. Embsig trucken/ offt trucken. Hisp. *Apretar muchas vezes.* Pol. *Vcisk[ać].* Vng. *Nyomogatom.* Ang. *To presse often.*] Virg. 3. Eclog.: pressabimus ubera palmis. ¶ Invenitur & pressor, aris, deponens. Plautus in Persa: Vomica est, pressare parcè. ¶ Pressatus, participium. Plaut. Asin. Quin tradis hæc crumena pressatum herum.

Prĕssē, adverbium. Subtiliter, breviter. [*συντόμως, συντετμημένως.* Gal. *Serrement, sans superfluité, brievement.* Ital. *Brevemente, senza superfluità, senza vagare.* Ger. Kurtzlich/ eingezogenlich/ ohne überfluß. Hisp. *Apretadamente, cargadamente, brevemente.* Pol. *Krotce, subtilnie.* Vng. *Rövidden.* Ang. *Shortly, briefly.*] Cicero 1. Offic. Alterum exercitatio augebit, alterum imitatio pressè loquentium, & leniter. Idem 4. de Finibus: Sed ut propiùs ad ea Cato accedã, quæ ad te dicta sunt, pressiùs agamus: eaq; quæ modò dixisti, cum his conferamus quæ tuis antepono.

Prodigæ hostiæ, à veteribus dicebantur quæ totæ consumebantur igni, unde & homines luxuriosi, prodigi dicti sunt: ut ex Verannii sententia tradit Festus.

Prōdĭgĭum, prodigii, n. s. Monstrum, portentum, ostentum: dictum quasi prodicium, quòd porrò dicat, porrò significet, & aliquid futurum esse portendat. [מוֹפֵת *mopheth.* τέρας. Gall. *Prodige, monstre.* Ital. *Mostro, prodigio.* Germ. Ein wunderzeichen/ ein vnnatürlich ding/ ein wunderwerck der Natur. Hisp. *Milagro que significa mal.* Pol. *Dziwo, cud.* Vng. *Tsuda.* Ang. *A monster that foretokeneth something.*] Festus, prodigia, quòd prædicunt futura, permutatione g literæ: nam quæ nunc c appellatur, ab antiquis g vocabatur. Nonius: Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virgil. 5. Aeneid. Sola novum, dictuque nefas Harpyia Celæno Prodigium canit. Cic. 6. Verr. Etenim multa sæpè prodigia vim ejus numenque declarant.

Prōdĭgĭātŏr, m. t. Qui ex prodigio futura prænuntiat. [τερατοσκόπος. Gal. *Qui declare & interprete les prodiges.* Ital. *Che interpreta tali prodigi & segni.* Germ. Der auß den wunderzeichen oder wunderwercken der Natur künfftige ding weissaget. Hisp. *El que declara tal milagro.* Pol. *Wróżbita, ieden ktoś widzi nam.* Vng. *Iöendölö.* Ang. *He that showeth any thing to come by a monster.*] Festus: Prodigiatores aruspices, prodigiorum interpretes.

Prōdĭgĭōsŭs, a, um, Monstrosus, portentosus: quod scilicet malum, cladē, exitium futurum portendit, quod præter naturā est & consuetudinem. [τερατώδης. Gall. *Prodigieux, monstrueux, contre nature.* Ital. *Prodigioso.* Germ. Vnnatürlich/ gar wunderlam/ das sich wider der Natur lauff zuttregt. Hispan. *Cosa de aquel milagro.* Pol. *Dziwnemu podobny.* Vng. *Tsudas.* Ang. *Monstrous, against the common course of nature.*] Plin. lib. 10. cap. 63: Partus aliquando singuli: quod prodigiosum putant.

Prōdĭgĭālis, prodigiale, om. t. Nonnunquam idem est quod prodigiosus. τερατώδης. Aliquādo idem quod prodigium avertens: unde prodigialis Iupiter dictus est cui expiandorum prodigiorum gratia sacra fiebāt. Ζεὺς τερατώδης. Plaut. in Amph. Sed mulier postquam expertefacta es, prodigiali Iovi Aut mola salsa hodie aut thure comprecatum oportuit.

Prōdĭgĭōsē, adverbium, Præter morem, vel naturam. [τερατωδῶς. Gall. *Contre nature.* Ital. *Contra natura.* German. Vnnaturlichen/ wider den gemeinen lauff der Natur. Hispan. *Contra la natura.* Pol. *Przeciwnie przyrodzeniu.* Vng. *Tsudalatosan.* Ang. *Against nature.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Lien cum jecinore locum aliquando permutat, sed prodigiosè.

Prōdĭgĭālĭtĕr, adverbium, Prodigiosè. τερατωδῶς. Colum. lib. 3. cap. 3:

cap. 3. Nam illa videntur prodigialiter in nostris Ceræranis accidisse. Horat. in Arte. Qui variare cupit rem prodigialiter unâ.

Prodĭgo, prodigis, pen. cor. prodegi, supinum nō legi: ex pro, & ago, d. euphoniæ causa interpolita, Consumo, profundo, liberalitatis limites dandō egredior, ultra modum erogo. [Ιδρ *atbál, dever diniary, διαφορεῖν, καταλίσκειν.* Gall. *Consumer & despendre tout.* Ital. *Consumare prodigamente.* Germ. Hinderich reyben/ verthun/vergeuden. Belg. Doerbringen. Hisp. *Gastar demasiadamente.* Pol. Verzarnam. Vngar *Elrekesziam, kiszegetem.* Ang. *To spend mothe, to consume and wast recklessly.*] Plaut. in Aulul. Fesso die si quid prodegeris, profesto egere licebit, nisi pepercisti. Nævius in Tarentilla: Vbi isti duo adolescentes habent, qui hic aetè patrā patriā prodigunt? ¶ Aliquandō significat producere, quasi procul agere. Varr. 2. de Re rust. cap. 4 de suibus: Admissuras quum faciunt, prodigunt in lutosos limites. Idem lib. 3. cap. 9 Prodigendi insolem & sterquilinium, ut se volutare possint, quōd ita albiores fiunt.

Prōdĭgus, ga, m. f. Profusus, effusus, nepos, dissolutus, perditus. [*Ἄσωτος.* Gall. *Prodigue.* Ital. *Prodigo.* German. Gendig/der das sein verthrich robt/oder verthrich richtet. Belg. Verdoemlick. Hisp. *Prodigo à gastador.* Pol. *Verzotnik.* Vng. *Tekozlo.* Angl. *A wastler, a great spender or lauisher out of measure.*] Cic. lib. 3 Offic. Omnino duo sunt genera largorū, quorū alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & visceratiōnibus, & gladiatorum muneribus, ludorū, venationūq; apparatu pecunias profundūt in eas res quarum memoriam aut brevē, aut omnino nullā sunt relicturi: liberales, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt causa amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur vel in re quærendā, vel augendā. Idem in Catil. Homo largitor & prodigus. ¶ Auri prodigus, Claudianus 2. Paneg. Actus prodigus, Horat. in Arte. Cic. ad Brut. Quōd in honoribus decernendis essem nimis, & tanquam prodigus. ¶ Prodigus animæ, & sanguinis, qui vitæ suæ non parcit. Horat. 1. Carm. Ode 12: Animæque magnæ Prodigum Paulum superante Pœno, Gratus insigni referam Camœna. Vbi Porphyrio, Aemylium Paulum dicit fuisse prodigum: id est, contemptorem vitæ. Ovid. 3. Amor. Eleg. 3. Sanguinis atq; animæ prodige Gallicæ tuæ. ¶ Locus prodigus multæ herbæ, Horat. 1. Epist.

Prōdĭgē, adverb. Profusè, abundanter. [*Ἀσώτως.* Gall. *Prodigalement.* Ital. *Prodigamente.* Germ. Geudigtlich. Hispan. *Prodigamente y callidamente.* Pol. *Verzotnie.* Vng. *Tekenyelen.* Ang. *Prodigally, with wasting or riotous spilling.*] Cic. 11. Philipp. Sed non possunt nō prodigè vivere qui nostra bona sperant, quum effundant sua.

Prōdĭgĭālĭs, ale, f. r. Profusio, omnia liberalitas. *Ἀσωτία.* Lucil. lib. 6 Satyr. Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigialisque. Alii ex, pro hoc legunt.

Prōdĭgentĭa, prodigentiæ, f. p. à prodigo, prodigis, Profusio. [*Ἀσωτία* Gall. *Prodigalité.* Ital. *Dissipamento.* Germ. Geudigkeit/verthōung/verschwendung. Hispan. *El hablto vicioso de gastar, gastamiento.* Polon. *Rozrzutnosc, roztrzanie.* Vngar. *Tekezlos.* Ang. *Wasting, riotousnesse.*] Tacit. lib. 13. Cujus abditis adhuc vitiis per avaritiam, ac prodigentiam mirè congruebat.

Prōdĭnunt, Antiqui pro prodiunt dixēre. Ennius Annal. lib. 3: Prodinunt famuli, quum candida lumina lucent.

Prōdĭus, Antiqui dixerunt pro interius, longius (inquit Nonius) à prodeundo, quasi porrò eundo. Varro in Virgula divina: Primùm venit in urbem, atque intra muros, deinde accidit prodius, atque introivit domum.

Prodo, prodis, prodidi, act. 1. Projicio, desero, excludo, propello. [בדח *nadlabh, ἀποδίδωμι, προίημι.* Gall. *Jetter loing.* Ital. *Gettar via.* Ger. Hinderlassen/verlassen/verthreiben. Hisp. *Echar à lexos.* Polon. *Wypędzam.* Vngar. *Ki vetem, ki rekesztem.* Ang. *To cast farre off.*] Virgil. 1. Aen. Navibus (infandum) amissis unius ob iram Prodimur, atq; Italis longè disjungimur oris. ¶ Aliquando ponitur pro offendere, parcfacere. [לוה *chillah* השׁוּמ *hissonniah, σκάνδαλον, σκανδαλίζω.* Gall. *Deuoyer pecher.* Ital. *Manifestare, disonorare.* Ger. Zuspotten oder ungehorsam ausstragen/entdecken. Hisp. *Demostrar, manifestar.* Polon. *Wydanie, obrażanie.* Vng. *Kiczufolom.* Ang. *To displease, to dishonour.*] Virgil. 3. Aen. Prodite vocesfus quemquam, aut opponite muris. ¶ Item pro differre, protrahere, *ἀναβάλλομαι.* Terent. in Andr. Credo, impetrabo ut aliquot saltem noctis prodat dies. ¶ Item pro propagare. Virgil. lib. 4. Aencid. Sed fore qui gravidam imperiis, belloque frementem Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri Proderet. ¶ Item ponitur pro tradere, dare. [אסר *masar* בתן *nathán* המל *hisghir, παραδίδωμι.* Gall. *Traduire.* Ital. *Tradire.* German. Vbergeben/verrathen. Hisp. *Hazer traycion.* Pol. *Zdradzam.* Vng. *Elarulni.* Ang. *To betraye.*] Salust. Antequam aecem proderent hostibus. Cic. 3. de Finib. Nam ut peccatum est patriam prodere, parenter violare. ¶ Prodere item aliquando ponitur pro emittere & dimittere. Modest. l. 4. D. de cust. & exhib. reor. Non est facilè tyroni custodia credenda: nam ex prodita, is culpæ reus est qui eam commisit. Item: Quod si fugitivum domino reddendum prodiderit. Ex Hotom. Prodere posteris, est posteris tradere, vel ad posteros transmittere. Cicero de Sen. Non accepere modò hæc à majoribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. ¶ Prodere memoriæ, est literis mandare. *Διαγράφειν, διαμνημονεύειν.* Cicero Appio: Quum tuum studium consumes in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Pro eodem etiā legitur, Prodere memoriæ. Cæs. 5. bell. Gall. Quos natos in insulā, ipsi memoriā prodidum dicunt. Cicer. de Orat. Quia memoria hic esset proditum. Item prodere memoriam id est, propagare, & ad posteros transmittere. Cæsar 1. bell. Gall. Ne committerent ut is locus ubi constitissent, ex calamitate populi Romani, & exercitus internecione nomen caperet aut memoriam proderet. Interdum supprimitur nomen memoriæ. Plinius libro 6. cap. 23: Regnabat ibi quum hæc poëtæ rem, Celebrotas. Cicero libr. 3. Offic. Vtilia videbantur Virgilio quidam Tragici poëtæ prodidērunt. Plin. lib. 2. cap. 71: Augustus lævum sibi prodidit calceum præposterè indutū, quo die seditione militari propè afflictus est: id est, significatum, sortem tulit. Sic dicimus, Fama prodidit id est, refert. Cœlius: Quidam fama prodidit in ipsis funeribus revixisse. ¶ Prodere, auctore Donato, aliquando est decipere, deserere. Terent. in Adelph. Prodidisti & te, & illā miseram, & genus. ¶ Prodere exemplum, est tradere, vel monstrare, vel aliquid designare unde alii sumant exemplum. Cic. pro Flacco: In hoc reo nequod pernicosum exemplum prodatur, permisceo. Ibidem: Ne pernicosam imitationem exempli reliquis in posterum prodcretis. ¶ Prodere fidem, est injurando non stare. Salust. in Catilin. Jecit sæpè antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat. ¶ Prodere officium, est officio deesse, aut contra officium facere. Cicero 4. Academ. Qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius quām aurei ficium prodere fidem. ¶ Prodere vitam, est se vitæ periculo exponere. ¶ Prodere legem, destituere. Vlpian. ad legem Iul. de Adult. Leges prodidisse dicitur ob hoc quòd accusationem adulterii ingressus, accusare desiit. ¶ Prodere interregem, est nominatim renuntiare, ut ait Budæus. Liv. 6. ab Vrbe: Sed non quoquo pto sine suffragio, populi, auspicato interregem prodimus. Sic prodere flaminem, apud Cic. pro Milone.

Prodĭtus, participium. Deceptus, circumvēnus, destitutus. [כזב *nitzáv, ψεύδομαι.* Gall. *Decu, trahi.* Ital. *Tradito, ingannato.* Ger. Betrogen. Hisp. *Traido, engannado.* Pol. *Zdradzony.* Vng. *Elarultatot.* Ang. *Deceived, betrayed.*] Cicer. ad Att. lib. 9: Quandoquidem, inquit, ego proditus, inductus, conjectus in fraudem, &c. Ovid. 13. Metam. Proditus à socio est, &c.

Prōdĭtŏr, proditoris, m. t. [אסר יד *mosiehe, προδότης.* Gall. *Traistre.* Ital. *Traditore.* German. Ein Verrather. Hispan. *El que hazer treycion.* Polon. *Zdrayca.* Vngar. *Arulo.* Ang. *A traytour, betrayer.*] Plaut. in Rud. Vbivis proditor. Cicer. 3. de Finib. Nec magis vituperādus est proditor patriæ, quām communis utilitatis aut salutis desertor.

Prōdĭtĭo, onis, f. t. [*προδοσία.* Gall. *Trahison.* Ital. *Tradimento.* German. Verrahtung oder verrähterey. Hispan. *Treycion.* Pol. *Zdrada.* Vng. *Elarulas.* Ang. *Betraying.*] Cic. 4. Acad. Amicorum proditiones & rerū publicarum. Ovid. 8. Metam. Nam perierant potiùs sperata cubilia, quām sim Proditor ausus. Lucan. lib. 4: Nunquam nostra salus pretium mercetur opesve Prodītionis erit.

Prodrŏmus, prodromi, penult. corr. m. f. Latinè præcursor. [*πρόδρομος.* Gall. *Avant coureur.* Ital. *Che corre innanzi.* German. Ein Vorlauffer/Vorbott. Hisp. *El que corre adelante.* Polon. *Przedposlaniec.* Vng. *Elöfutó.* Ang. *A forerunner.*] Cic. ad Att. lib. 9: Nam mihi Pompejani prodromi nuntiant apertè Pompejum actūrum. Vnde prodromi dicuntur à Græcis fici præcoces, quasi præcursoriæ, reliquarumque maturitatem præcurrentes. Plin. lib. 16. cap. 26. Ficus & præcoces habet, quas Adonidos prodromos vocant. ¶ Prodromi item venti Etesiæ, qui eādem diebus exortum Caniculæ antecedunt. Col. lib. 11. cap. 2: Sextō Idus Julias Prodromi flare incipiunt.

Prōdūco, producis, act. 1. proleto, protraho, in longum [הארי *haarich, πρόσω ποιῶ, ἐπεκτείνω.* Gall. *Prolonger, mettre hors.* Ital. *Prolungare, mmettere fuore, produrre.* German. Verziehen. Belg. Verlangen/verstrecken. Hisp. *Alongar lexos, prolongar, estender en lueugo.* Polon. *Przedłużam.* Vng. *Halogatom, hozzahuzom.* Ang. *To prolong, to draw in longer, to stretch out in length.*] Virgil. 2. Aen. Abnegat excisā viam producere Pergis. Cic. in Cato. Convivium vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem quām maximè possimus varie lenire producimus: id est, protrahimus. ¶ Terent. in Adel. per translationem dixit pro detinere: Nonne tibi esse fata hoc soldum vitam est gaudium, nisi me lactasses amentem, & falsā spe producere? id est, deludere, detinere. ¶ Aliquando idem est quod fortè educere, coram sive in medium adducere, vel præsentem sistere. [הבא *havi* הוֹבִיא *hobi, προσφέρω, προσάγω.*] Plaut. Capt. Vbi sunt isti quos ante ædes jussi huc produci forasi? Si produ-

producere testes dicimus, pro eo quod est, ad dicendum testimonium, in judicium eos adducere. Cicer 6 Verr. Harum omnium rerum autores, testesque produco. ¶ Producere copias in aciem, est extra castra ad pugnam eas educere. Galba Cicero: Repentè Antonius in aciem suas copias de vico produxit. ¶ Aliquando idem est quod vænum exponere. Terent. in Eunuch. Pretium sperans, illicò producit, & vendit. Vbi Donatus: Propriè vænales produci dicuntur. Plaut. Asin. pro prostituere posuit: Audientem dicto mater produxisti filiam: id est, prostituisti, ἐπόρνευσας, ἐπορνεύσω. ¶ interdum pro gignere. [תולד *baladh. γεννᾶν, φύειν.*] Plaut. in Capt. Quid hoc est Icelus? quàm orbitatem filios produxerim: Cic. pro Qu. Rosc. Nihil ab hoc pravum & perversum produci posse putant. Idem 2. Verr. Nihil à me audiet ex impara illa adolescentia sua: quæ qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo quem sui similem produxit, recognoscere potestis. Terent. Adelph. Seni animâ prius exinguerem ipsũ qui illud produxit scelus. ¶ Producere morã rei alicui, est moram interponere, sive (ut Donatus ait) differre, protelare, protelare. Terent. in Andr. Dicam aliquid jam me inventurum, ut huic malo aliquam producam moram. ¶ Interdum prosequi. Virgil. 9. Aeneid. - nec te tua funera mater Produxi. ¶ Interdum consumere, terere. Terent. in Adelph. Et cyathos sorbilans, paulatim hunc producã diem. ¶ Producere reum in judicium: id est, adducere. Cic. 7. Verr. Graviorem apud sapientes judices se fore ab inferis testem, quàm si vivus in judicium produceretur. ¶ Producere aliquando est promovere hominem, & in medium honorificè proferre: cui contrarium est subducere. Cic. pro Domo sua, de Catone in Syriam abigato: Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro eo scelere subduxeras.

Prŏductŭs, a, um, Abductus. [מושך מוצא *mutsâ. mushâ. σχοῖνος, σχοινίδιον.* Gall. *Prolongé.* Ital. *Allongato.* Germ. *Het langgestelt/lim/verlengeret/et.* Hisp. *Estendida en luenga.* Polon. *Przewleczony.* Vng. *Elã hozatot.* Ang. *Drawen in length.*] Cic. post reditum: Quum à Tribun. pleb. Consul in concionem productus esset. ¶ Aliquãdo nomẽ est, & significat promissus, lõgus. [משוך *meshschâdch* ארך *érech. μακρός.* Polon. *Przedłużony.* Vng. *Meg nyujtatot.*] Cic. Orat. Incytus dicimus brevi media litera enuntiatur, producta. Cic. 2. de Orat. Et principia tarda sunt, & extrema tamen spissi & producti esse debent.

Productĭor, & productissimus. Colum. lib. 7. cap. 12: Quare status ejus longior, productiorque ad hos casus magis habilis est, quam brevis, aut etiam quadratus. Idem lib. 3. cap. 10: Extrema pars ejus, quod caput vitis appellant: id est, ultimum & productissimum flagellum.

Productè, adverbium. Hujus contrarium est breviter. [*ἐκτεταμένως.* Gall. *Longuement, au long.* Ital. *Lungamente, in lungo.* Ger. Lang/ langs. His. *Lungamente, en luengo.* Pol. *Zprzędli ujęnim.* Vng. *Hozzan, nyujtua.* An. *At length.*] Cic. in Orat. Et ne multis, quivis in verbis eę primę literę sunt, quæ in sapiente atq; fœcunde producte dicuntur, in cæteris omnibus breviter.

Productio, productionis, f. t. Prolongatio. [ארך *érech* (vel) *μακρότης, μακρόστομα.* Gall. *Prolongement, allongement.* Ital. *Prolungamento, allongamento.* Ger. Verzichung/verlengerung. Hispan. *Estendimiento.* Pol. *Przedłużenie.* Vng. *Meg hozzabbitas, nyujtas.* Ang. *Prolonging, drawing in length.*] Cic. 3. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non sit major productione temporis: habent enim suum modũ quæ congruæ opportunæ dicuntur.

Productĭus, ẽ, penult. cor. Quod tunsionibus malleorum producitur.

Prŏfānus, a, um, pen. prod. Dicitur irreligiosum, & à religione remotum: Cujus antitheta sunt Sacrum, & religiosum. [חבין *chonêph* חל *chol* נאם *tamé. βέβηλος.* Gall. *Profane, pollu, laique, lay.* Ital. *Profano, fuomo laico.* Germ. *Vngeweyhet/vnheilig.* Hisp. *Sacrilego.* Pol. *Nie bogoboini, poganin, nie poświęczony.* Vngar. *Istentelen, istentelen, pogan.* Ang. *Profane, unhallowed or not consecrated.*] Plaut. Sacrum, an profanum habeas, parvi penditur. Cic. pro Domo sua: Si ista cõsecratio legitima est, qui est quod profanum in tuis bonis esse possit? ¶ Interdum profanum accipimus pro scelerato, & impio. Statius in principio Theb. Fratricidas acies, alternaque bella profanis Decertata odiis. ¶ Profanum etiam dicitur quod ex religioso, vel sacro in hominum usum conversum est. Virg. 12. Aen. Faune precor miserere (inquit) tuque optima ferrum Terra tene, colui, vestros si semper honores, Quos cõtra Aeneadæ bello fecêre profanos. ¶ Profani item dicebantur sacris non initiati, qui à fano & sacris arcebantur. Idem 6. Aen. procul ô procul este profani, Conclamat vates. ¶ Nunc *Laïcos* Galli vulgò vocamus, quasi populares, teste Budæo. ¶ Profanos etiam dicimus imperitos, qui Musarum sacris non sunt initiati. Horat. lib. 2. Carm. Odi profanum vulgus. Profanus usus, dicitur communis & vulgaris, non sanctus. Plin. lib. 15. cap. 30: Adeoq; in profanis usũbus pelli laurum & oleam fas non est.

Profanum dictum est id, quod, quum sanctum fuisset, postea in usu hominum factum: hoc est, extra fanum. Ex Aggeno de Limitibus agrorum.

Prŏfāno, profanas, act. p. Ex sacro profanum facio, violo. [חבין *hechnîph* חלל *chillêl. βεβηλόω, φθείρω.* Gall. *Profaner, souiller & gaster.* Ital. *Profanare.* Ger. Entweyhen/vnheilig oder vnrein machen. Hispan. *Enseziar la cosa sagrada.* Polon. *Zsmierzgo pospolicie czynic, pomazuie.* Vng. *Meg fertezteztem.* Ang. *To profane, to defile and pollute.*] Liv. lib. 31: Sacra, sacerdotes quæ ipsius majorúmve ejus honoris causa instituta essent, omnia profanarent.

Prŏfānātŭs, participi. [חלול מחולל *mechullêl* מחלה *mitmâ. βεβηλωθέν.* Gall. *Profané.* Ital. *Profanato.* Ger. Entweyhet. Hisp. *Ensuziado profanado.* Pol. *Pomazany, zmiarosczy obl'opiony.* Vng. *Meg fertezteztett.* Ang. *Profaned.*] ut profanatũ templum: hoc est, ex sacro profanum factum, vel flagitio aliquo pollutũ. Stat. 9. Theb. Ergo profanatum Menalippi funus acerbo Vulnere. Manus profanatæ, Ovid. 2. Metam. Terræ profanatæ, Stat. 3. Syl.

Prŏfānātĭo, onis, verbale, f. t. Sacræ rei violatio. [חנף *chânoph* חנפה *chanuphâh* טומאה *tumeâh. βεβήλωσις.* Gall. *Profanation, profanement.* Ital. *Profanamento.* German. Entweyhung. Hispan. *Obra de profanar y ensuziar.* Pol. *Zmiarosczyć pomazanie.* Vngar. *Meg fertezteztes.* Ang. *Profanation or pollution of holy things.*] Plin. lib. 16. cap. 4: Postquam civilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, civem non occidere.

Prŏfāri, d. p. Eloqui, dicere, pronuntiare. [דבר בטא *dabbêr. bittâ. ἐξενέπω.* Gall. *Parler, prononcer, dire.* Ital. *Parlare, pronunciare, dire.* Germ. *Herauß reden/herauß sagen.* Hisp. *Hablar, parlar, dezir.* Pol. *Wymowicz.* Vngar. *Ki mondani.* Ang. *To speak, pronounce or say.*] Virgil. 1. Aen. Tum breviter Dido vultum demissa profatur. Silius lib. 11: magno clamore profatur. ¶ Propriè profati est quod Græci dicunt *προφητεύειν*: id est, fatura prædicere. [נבא *nibbâ*] Vlp. De Aedili. edict. l. 1. §. Exẽpli: Si servus inter fanaticos non semper caput jactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur?

Prŏfātum, ti, ἀξίωμα, dignitas sive axioma. & effatum Ciceroni. [Vng. *Propositio, summa.*] Gell. lib. 16. ca. 8: *περὶ ἀξιωμάτων*, quę Marcus Varro aliàs profata, aliàs proloquia appellat. Vide Proloquium.

Prŏfātŭs, tus, tui, nomen quartæ inflexionis. Ipse profani actus. [נבואה *nebuâh. προφητεία, φροσμός.* Gal. *Profetie.* Ital. *Profetia.* German. Das herauß reden. Hisp. *Profecia.* Pol. *Wymowienie.*] Gell. lib. 18. cap. 11: Neque dictu, profatúve ipso terræ, aut insaves esse. Statius 5 Syl.: seu voce soluta, Spargere, & effigno nimbos æquare profatu.

Prŏfectŏ, adverbium confirmãtis est: dictum quasi pro facto. Nimirum sanè, certè, revera. [אך אמן *ach. amên. ἀληθῶς, ναὶ μὰ.* Gall. *Certes, certainement, pour vray.* Ital. *In vero, certamente.* Ger. Fürwahr/warlich. Hisp. *Ciertamente.* Pol. *Zaprawde.* Vng. *Igazan, nilvan.* Ang. *Forsooth, in very deed.*] Terent. in Andr. Profectò sic est. ¶ Plerunque autem ad responsionem adhibetur. *τῷ ὄντι.* Cic. Quis hæc renuntiat? Is profecto qui interfuit. Quod etiam per certè efficimus. Idemne quo meminimus? Certè in nullo. Eundem etiam usum habent nimirum & nempe.

Prŏfĕro, pen. corr. act. inconf. Palàm facio, prodo, pronuntio. [הוציא *hotsî.* להלל *hillêl.* בטא *bittâ.* ארך האריך *heerich. ἐξενέπω, φανερόω.* Gall. *Proferer, manifester.* Ital. *Proferire, manifestare, palesare.* Germ. *Herauß bringen/herfür bringt/außsprechen/außsprechen.* Hisp. *Sacar à fuera, manifestar, pronunciar.* Polon. *Obiawiam wyiaśniam.* Vngar. *Ki jelentem, ezzé mondom.* Ang. *To bring out, to pronounce, or utter.*] Cic. pro Cælio: Domus in qua nihil fiat quod foras proferendum sit. Terent. in Hecyr. Ita me dii bene ament, haud propterea te rogo ut hoc proferam. Seneca: Antequam sententiam proferam. ¶ Aliquando significat protendo, prolato. *παρατείνω.* Plin. Quum lineam protulisset longissimam, atque rectissimam. Justin. lib. 11: Arbitria principum pro legibus erãt, fines Imperii tueri magis, quàm proferre mos erat. Transitè Cic. in Orat. pro Murẽn. Stoici mihi videntur fines officiorum, paulò longius, quàm natura vellet, protulisse. Terent. in Andr. Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquò, ne videã. ¶ Quandoque promere, sive in lucem efferre. Cicer. pro Sext. Rosc. Tu H-S. I. III. ex arca proferas. Plaut. in Amph. Tu Thessala intùs paretã proferto foras. ¶ Proferre se (inquit Budæus) dicuntur qui sine deductore innotescunt, & ipsi se producunt. Plinius junior: Proferunt se ingenia & ostentant. ¶ Ponitur aliquando pro allegare, quo Plinius in Epistolis est usus. Cic. de Invent. Deinde cæteros proferre oportebit quibus majora delicta concessa sunt.

Prŏlātŭs, a, um, participium à passivo verbo profero. Dilatus: ut quum dies judicii prolatum esse dicimus. [מושך מוצא *mutsâ. mushschâdch.* נדחה *nidchâh. ἀναβολή, ἀρή.* Gall. *Differé, prolongé.* Ital. *Differito, prolongato.* Ger. Aufgezogen/ auffgeschoben. Hisp. *Dilatado.* Pol. *Odłożony, odemknioney.* Vng. *Halasztatot.* Ang. *Differred, prolonged.*] Aliquando ponitur pro adductus, & productus. Lucan. libr. 4: prô lucti pallida tabes Non deest,

prolato jejanus venditor auro. ¶ Aliquãdo idem est quod extensus, vel ulterius productus: ut quũ terminum prolatum vel fines imperii prolatos dicimus. *μεγεννησ. &c.*

Prōlātio, prolationis, verbale, f. t. Ipse actus proferendi. [אֹרֶךְ *orech* (vel *oreh*) DIM *mot* אִבְדָן *mibdá* אֹרְשׁ *arôschech. ανοχη, ανοχεσια.* Gall. *Prolation, delay, extendue.* Ital. *Mostra, il produr qò, dilatione.* Gall. *Prolation, delay, extendue.* Ital. *Mostra, il produr fuore, estendimento.* Ger Herfurbringung Hisp. *Prolongamiento, estendimiento.* Pol. *Pokazanie, przedłużenie wapl sacz.* Vng. *Elhalazas.* An. *Differring or prolonging, delay.*] Cic. in Orat. Cõmemoratio antiquitatis, exemplorumq; prolatio. ¶ Prolatio, Protensio, extensio. Liv. 1. bell. Maced. Lætaque exta fuisse, & prolationem finium, victoriamque & triumphum portendi. Iudicii prolatio, *μακρολογια.* Cicer. pro Rabirio perduel. reo: Quum alteri ad prolationẽ judicii biduũ quæreretur. ¶ Prolatio, dilatio, *αναβολη, μακρολογια.* Cornel. Tacit. lib 9: Sed omnem prolationem, ut inimicam victoriæ suspectabat.

Prōfĕror, oris, professorius, a, um, & professio, Vide PROFITEOR.

Profestus, a, um. Quod contrarium est festo, unde dies profesti dicũtur, teste Nonio, qui vacui sunt à festivitate. [*αεργημερα.* Gal. *Non festiable, non festé, comme sont ouurier.* Ital. *Non di festa, giorno d'opera, di da lauoro.* German. Auff dem teñ Fäst tãg/ dan man nicht feyret Hispan. *Cosa no festiva.* Pol. *Powszedni.* Vngar. *Mines nap, het hétz nap.* Ang. *Not holy or not a feasting day.*] Plautus in Aulul. festo die liquid prodegeris, Profesto egere liceat, nisi pepercerris. Plin. lib. 18. cap. 6. ex Catone: Pejorem qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Qui Vejentanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque profestis. Idem 4. Carm. Ode 15: Nosq; & profestis lucibus, & sacris, Inter jocosi munera Liberi Cum prole, matronisq; nostris, Ritè deos prius apprecati.

Prōfĭcio, cis, Procedo, & promoveo, profectum sive progressum facio, & per translationem lucror. [הוֹעִיל *hoil, i mil'dom, ωφελεω, ωφελησω, ωφελησα, ωφελημαι.* Gall. *Profiter.* Ital. *Far profitto, fare frutto in ogni arte* Germ. Zunemmen/ furschritten/ sich affen. Hisp. *Aprouechar, hazer prouecho.* Polon *Pomagam sie.* Vng. *Valamibe haszonal eleb megiek.* Ang. *To further or profite.*] Seneca: Sic enim & audiendo, & legendo in dies magis proficimus. Plin. Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit. Cic. ad Toranium, lib. 6: Nunc verò eversis omnibus rebus, quum consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quicquid evenerit, moderatè ferre. Cæsar 3. belli Civil. Apud quos quum proficere nihil posset. ¶ Ponitur aliquando pro prodesse. Vlpian. de Iurejurando: Matris igitur jusjurandum patri non proficiet: nec nocebit, si mater detulerit.

Prōfectŭs, us, m. q. Promotio sive progressus in re aliqua, sive fructus qui ex rei alicujus tractatione provenit. [*αφελεια.* Gal. *Prouffit, auantage.* Ital. *Profetto.* Germ. Zunemmung/ furschreitung/ beschiess. Hisp. *Prouecho.* Pol. *Pomagánie, pożytek, wzięcie.* Vngar. *Haszonal vala elemeretel.* Ang. *A furtherng or profite of a thing.*] Quintil. lib. 10. cap. 2: Vt terra altiùs effossa generandis, alendisque feminibus fœcundior fit: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effundit uberiùs, & fidelius continet. Idem lib. 1. cap. 2: Firmiores in literis profectus alit æmulatio. Profectum facere, Plin. Epist. 2.

Prōfĭcīscŏr, eris, d. t. profectus, iter facio, eo, abeo. [נסע *nasáh* הלך *halách. πορευομαι, αναχωρω.* Gall. *Partir pour aller, aller, venir.* Ital. *Andare, venire, partirsi.* Germ. Gehn/ ziehen/ reysen. Hisp. *Yr camino, andar.* Pol. *Iade.* Vng. *Elmenyek.* Ang. *To go a iourney, to depart.*] Cic. de Senect. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Propert. lib. 3. Eleg. 21: Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Cicer. ad Quint. Frat. lib. 3: Idus Octobris Salvius Ostiam vesperi navi profectus erat cum his rebus quas tibi domo mitti volueras. Idem ad Att. lib. 2: Calendis Maiis de Formiano proficiscemur. Proficisci in exilium, Cic. 2. de Finib. Proficisci obviam, Cæsar 7. belli Gall. Proficisci ad reliqua, pro pergere. Cicer. 5. Verr. Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca antè erimus à vobis judices deprecati. ¶ Proficisci, pro originẽ habere. Cic. 4. Acad. Pythagoræi ex numeris, & Mathematicorum initiis proficisci volum omn a.

Prōfectŭs, profecta, profectum, particip. [נסע *nasáh* הלך *halách. πορευθεις, αναχωρησας.* Gall. *Qui est venu.* Ital. *Venuto.* Ger. Gezogen. Hisp. *Venido.* Vng. *Iött.* Ang. *Gone or come.*] Virg. 1. Aen. Hunc lætum Tyriisq; diem, Trojaq; profectis.

Prōfectĭo, profectionis, verbale, f. t. Actus proficiscendi, iter. [נסע *massáh, negnin.* Gall. *Aller.* Ital. *Esso andare.* Germ Ein reiß oder zug Hisp. *La ida de camino.* Pol. *Iazda.* Vng. *Elmenetel.* An. *Going, departing.*] Cic. 1. Phil. Exponam vobis breviter cõsilium & profectionis, & reversionis meæ. Idem pro Quinctio: Inventur dies profectionis pridie Calendas Februarii.

Prōfectĭtĭus, a, um, ut Dos profectitia, quæ à patre vel parente proficiscitur.

Prōfindo, profindis, profidi, profissum, Proscindo. [בקע *bekáah. διορυσσω, διαρρηγνυμι.* Gal. *Fendre, couper en fendant.* Ital. *Fendere,*

fibi appare. German. Aufbrechen/ aufferen. Hispan. *Hender, hazer barrecho.* Polon. *Tupem.* Vngar. *Hasitem.* Ang. *To cleaue, to cut by cleauing.*] Stat. 10. Theb. - quanta pariter cervice gementes Profindunt inarata diu Pagæa juvenci.

Prōfĭtĕor, profiteris, d. f. Aperiè seu palàm polliceor. [הודה *hodáah. εξομολογεω.* Gall. *Dire franchement, et deuant le monde, faire profession, dire & enseigner publiquement.* Ital. *Far professione, legger publicamente ne le scholle, dire francamente.* German. Offentlich anbieten oder verheissen. Hisp. *Confessar abierta y claramente, hazer profession* Polon. *Iawnie wyznawam, cześć oświadczam.* Vngar. *Vallom.* Ang. *To speak freely, to make open profession.*] Cic. 1. Acad. Qui philosophiam jàm professus sum populo nostro civibusque: Liv. Palàm professi nusquam inde nisi in patriam vestigium esse moturos. ¶ Aliquando pro aperiè offendo & admodum ponitur. Cicer. 5. Verr. Sed me omnium provinciarum offensorem esse profitebor. Idem pro Rabirio Posthumo: Quod obrem fateor atque etiam T. Labieno profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, nõ Tribunitia actione, sed Regia, meo consilio, virtute, autoritate esse depulsum. Ex quo Ciceronis loco constat plus esse profiteri, quam fateri. Fatemur enim coacti, teste Servio: sponte autem & publicè profitemur. Polliceri & affirmare, Cicer. 1. Acad. Hinc Professio, Confessio palàm facta. Cic pro Plancio: Non me præteribat, in tam perturbato statu civitatis fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis. Cic. Tironi, lib. 16: Tu verò confice professionẽ, si potes: & si hæc pecunia ex eo genere est ut professione non egeat. ¶ Profiteri, item accipitur pro eo quod est artem aliquã, aut scientiam publicè docere. Plin. Epistol. 76: Audisne Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Cic. de Amic. Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, abesse censeo præter ea quæ ista profitentur. Hinc professores artium liberalium vocamus, qui eas artes publicè docent. Plin. lib. 3. cap. 5: Diodorus dialecticæ sapientiæ professor. Sueton. de Clar. Gram. Reliquit filium Orbilium, & ipsum grammaticum professorem. Magni nominis professores, Quint. lib. 2. cap. 11. Confummati professores, Idem lib. 1. cap. 9. ¶ Profiteri bona, censum, nomen, est apud magistratum suarum facultatum numerum, & nomen edere. *Διαγραφεσθαι.* Cic. pro Archia poëta: Quum hic domicilium Romæ multos jam annos haberet, professus esset apud Prætorem Q. Metellum familiarissimum suum. Liv. 6. bel. Pun. Primò expectaverant, ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Idem 2. ab Vrbe: Hoc propósito edicto & qui aderant nexi, profiteri extemplò nomina, & undiq; ere. Sic profiteri natales parentes dicebantur, quo die quo sibi nati esset liberi apud præfectos ærarii edebant. de qua re Terentius in l. 16. D. de probat. & Capitolinus in Antonio Pio. ¶ Profiteri æs alienum, est sua debita retlari. Camillus lib. 10: Alexander priusquam secerneret quos eratsecernere, edixit ut omnes milites æs alienum profiterentur.

Prōfessōrĭus, a, um, *διδασκαλικος.* ut Lingua professoria, qua mercenarii exercent eloquentiam. Tacit. lib. 13: Audierat hæc Germanici filia, inde vitæ flurtus, & exul Seneca, trunca libertate manu, & professoria lingua.

Prōfligo, gas, pen. prod. act. p. Dejicio, sterno, dissipo, prosligo, depello, deperdo, & ad perniciem deduco. [הרס *harás:* הדשים *hadasim* בתן *bathats:* הדשים *hadasim* השם *heschim* שבר *schabar* הזבה *hazabah* אבד *abad. καταβαλλω, καταστρεφω.* Gall. *Espandre terre, destruire, gaster.* Ital. *Gettare à terra, ferire, guastare.* Germ. Zu boden schlahen, hinweg schlahen und zerstreuwen, abreissen. Hisp. *Echar à tierra, desbaratar, destruyr.* Polon. *Odganiam, zepędzam, prosiam.* Vng *Meg zibom, le verem, el vetem.* Ang. *To put to flight, to bring to an end, to dispatch.*] Cæsar 2. Mil. Confidentia est nos animicos profligare posse. Cicer. pro Rabir. Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostium profligare. Cæsar 2. bell. Gall. Quod classem hostiũ primo impetu adventus profligaverim. ¶ Profligare bellum: id est, ferè absolvere & conficere. [השלים *hischlim.*] Cornelius Tacit. Profligaverat bellum cum Iudæa Vespasianus: id est, confecerat, & penè ad exitum deduxerat.

Prōfligātŭs, a, um, participium. Afflictus, perditus. [אבד *schomém. ολοθρευτης, διαφθορεύς.* Gall. *Dissolu, perdu à fin.* Ital. *Rouinato, desbaratto, guasto & quasi perduto.* German. Erschlagen/ hinweg geschlagen/ verdorbt. Hisp. *Derribado, destruido.* Pol. *Zepędzony, odbyty.* Vng. *Nemmemlet, elvetetlet.* Ang. *Ouerthrowen, driuen away, put to an end.*] Cicer. in Catil. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? Vnde profligatum exercitum dicimus, & profligatum, prostratum, dejectum, afflictum & perditum: & Profligare res: hoc est, perditas. Cic. pro Rosc. Amerin. Et denique animos ad perniciem proflgatos, atque perditos. Hinc profligatos homines vocamus perditos, & in quibus nihil est sani, nihil integri, *διαφθορεις.* Cic. pro Archia: Nunquam me pro hac tam infra in tot ac tantas dimicationes atq; in hos gradus aleatorum hominum quotidianos impetus objecissem. Idem 3. Ver. Pro-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

gatissimus omnium mortalium, ac perditissimus. Sueton. in Tiber. Ex juventute utriusque ordinis profligatissimus quisq;. ¶ Profligata dicūtur quæ propè absoluta sunt. Cic. lib. 5. Tusc. Atque si ita est, profligata jam hæc, & penè ad exitum adducta quæstio est. Liv. 5. bell. Macedon. Vtis qui profligatum bellū haberet, ad comitia Romam rediret. Cic. ad Cornificium, lib. 12. Sic vehementiùs nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato, renovatum bellum gerere conamur. Affectum quoque dixerunt qui Latinè locuti sunt, id quod profligatum appellatur in hac significatione. Cic. in Orat. de Provin. consul. Bellum affectum videmus, & verè ut dicam penè confectū. Idem in Oecon. Quum verò jam affecta ætate uvas à Sole mitescere fas est.

Profligātor, oris, verbale, m. t. [מאבד *meabbēdh* מעבר *mehanneph* Διαφθορεύς, λυμεών. Gal. *Qui a perdu & dissipé son bien à mescheance*. Ital. *Che ha perduto ogni sua hauere spendendo male*. Ger. Ein verlierer vergeuder oder hindurchtreyber seines Guts. Hisp. *Gastador de su bien*. Pol. Przeklety, utratnik. Vng. *Kivesztö, tsuzo*. Ang. *A naughtie packe that lewdlie hath walled all his goods*.] Tacit. Habebaturque non ganeo, & profligator, ut plerique ea haurientium: sed erudito luxu.

Profligo, profligis, profligi, profligitum, (inquit Calepinus) idē quod multum certo citatque locum Columel. ex lib. 1. cap. 3: *Exitiosum videbatur quos hostis profligendo agros delebat, noto more civem Romanum supra modum patrimonii possidendo deserere. Quo tamen in loco profugiendo legendum constat, non profligendo.*

Prōflo, flas, Hando resolvo, liquefacio. [χωνεύειν. Gall. *Souffler, faire fondre en soufflant*. Ital. *Fondere soffiando, soffiar fuori*. Germ. Mit blasen schmeltzen. Hisp. *Soplar macho à lenes, derramar soplando*. Polon. *Rozlywam*. Vngar. *Fuuassal meg aluaztom*. Ang. *To melt by blowing vpon*.] Plinius libro 34. cap. 9: Massa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. ¶ Est etiam proflare idem ferè quod efflare. Valer. 9. Argon. Noctem tartaream proflantes pectore tauri. Hoc est, ignem & fumum ingentem, tenebris & flammis tartareis non absimilē. Idem 7. Argon. Taurus & immani proflarit turbine flammas. Proflare pectore somnum, est inter dormiendum sonoro flatu emittere. Virgil. 7. Aeneid. -qui forte tapetibus altis Exanctus toto proflabat pectore somnum. ¶ Proflare iras, est flatu iram tenere, ut solent ferē. Plin. lib. 8. cap. 42: Sublīnere ab olfactu, circumlitare, iras proflare.

Prōflātūs, us, penult. prod. m. q. Actus ipse proflandi [χωνευτός. Gall. *Soufflement, fondement en soufflant*. Ital. *Essa fondere soffiando*. Germ. Das blasen oder wāren. Hispan. *Obra de derramar soplando*. Polon. *Rozlewanie*. Vngar. *Fuuassal valo alaztas*. Ang. *A melting with blowing vpon*.] Colum. lib. 5. cap. 9: Activo proflatu dirigerentur.

Prōfluo, fluis, n. t. Abundanter effluo, promano, prolabor: & propriè de liquidis dicit. [נזל *nazal*. Χεῖσθαι. Gall. *Couler, decouler*. Ital. *Scorrere, discorrere, colare*. German. Herfürfliessen / herauß rinnen. Belg. Vroeft afvlocyen. Hisp. *Mucho correr lo liquido*. Pol. Wypływam. Vng. Sokon folyok. Ang. *To flow or spring abundantly*.] Colum. lib. 8. profluere lacrymas ab oculis dixit. Cic. 1. de Divinat. Si lacus emissus lapsu, & cursu ad mare profluxisset. Virg. 4. Georg. In medium seu stabit iners, seu profluet humor. Plin. lib. 7. cap. 16: Profluit sanguis ex vulnere. ¶ Profluere ad hominum famam, per translationem, pro delabi, & devenire, Cic. Celio: Equidem (ut ad me revertar) ab his fontibus profluxit ad hominum famam, & meus hic forensis labor, vitæque mea emanavit ad existimationem hominum paulò latiùs commendatione ac judicio meorum. Græcia profluit ore Romano. Ovid. ad Pisonem. Quin etiā facilis Romano profluit ore Græcia, Ceropiæque sonat gravis æmulus urbi. Cujus ore lenito mella dulciora profluebat, Ad Herennium, lib. 4.

Prōfluēns, profluentis, Abundanter effluens. [נזיל *nozēl*. Χεῖσθαι. Gall. *Coulent devalant*. Ital. *Che scorre*. Germ. Fürfliessend. Hisp. *Corriente*. Pol. Cyekacy. Vng. Folyo vitz. An. *Flowing abounding*.] Liv. lib. 1: Petros in profluentem, aquam mitti jubet. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3: Ego locum ætatē umbrosiorem vidi neuquam: permultis locis aquam profluentem, & eam uberē. Idem 2. de Orat. Genus orationis liquidum, fusum, ac profluens: cui opponuntur Exile, aridum, concisum, & minutum. ¶ Aliquando est substantivum, & generis masculini, ponitorque pro flumine, seu fluento. [נהר *nahar* יאור *ieōr*. Ῥοῦς ποταμός. Gall. *Torrent, le courant d'vne riuiere*. Ital. *Torrente*. Germ. Ein fliessender fürfliessend Wasser. Hispan. *El venaje del rio caudal*. Pol. Potok, rzeka. Vngar. *Folio viz, foliam*.] Autor ad Herenn. libro 1: Qui parentem necasse judicatus erit, is obvolutus & ligatus culeo, devehatur in profluentem: id est, fluminis procursum. Quintil. lib. 3. cap. 9: Quòd abjectus in profluentem non facilè extingui.

Prōflŭēnter, adverbium, Abundanter. [αφθόνως, ἀνεξαλείπτως. Gall. *Abondamment*. Ital. *Abondantemente*. German. Vberflüssiglich / ströhmsamlich. Hispan. *Abundamente*. Polon. *Nad miarę, obfitie*. Vngar. Bőuon. Ang. *With abundance*.] Cicero 5. Tusculan. Ergo omnia profluenter, absolutè, prosperè: igitur beatè.

Prōflŭentĭa, profluentiæ, f. p. Abundātia, copia [שטף *shēphah*. Ἀφθονία. Gall. *Abondance*. Ital. *Abondanza*. German. Ein vberfluß. Hispan. *Abundancia*. Polon. *Zbytek, dostatek*. Vngar. *Bőlkeder*. Ang. *Flowing or abundance*.] Cicero in Partit. Et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi, subaudi, imitatur.

Prōflŭus, a, um, Quod profluit: ut, profluus amnis, qui perpetuò fluit. [נוזל *nozēl*. Ῥεῖθρον. Gall. *Qui coule tousiours*. Ital. *Che scorre*. Ger. Fürfliessig oder das stäts fleußt. Hisp. *Cosa corriente assi*. Pol. *Mimo płynący*. Vngar. *Folio*. Ang. *That floweth euer*.] Plin. lib. 19. cap. 4: Hortos villæ jungendos non est dubium, riguosque maximè habendos, si contingat profluo anne. Col. lib. 8. cap. 17: Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte littoris, quæ profluo recessu nunquam deficitur. Ovid. 2. de Pon. Eleg. 1: Fluminaque & montes, & in altas profluas sylvas, Armaque cum telis instrue mista suis.

Prōfluvĭum, profluvii, n. s. Fluxio: [זוב *zōb*. Ῥεῦμα. Gall. *Flux, coulement*. Ital. *Profluuio, discorrimento scorrenza*. German. Ein fluß. Hispan. *A qual mejor correr, fluxo continuo*. Polon. *Zyiek*. Vng. *Folias*. Ang. *A continuall flowing*.] ut Profluvium sanguinis, αἱμορραγία. Plin. lib. 29: Sanguinis profluvium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Columel. libro 6. cap. 26: Sed minimè id permittendum, ne profluvio sanguinis intereat. Profluvium alvi, διάρροια. Idem libr. 9. cap. 13: Tali nocente cibo, qui quum se affatim replevernt, profluvio alvi, nisi celeriter succurritur, intereunt.

Prōfŏrē, penultima correpta, com, positum à fore. Profuturum esse. [מועיל *mōhil*. ὠφελήσειν, χρήσιμος ἔσεσθαι. Gall. *Deuoir faire profit, estre profitable*. Ital. *Essere vtile giouare*. German. Nutz vnnd verständig seyn. Hispan. *A prouechar, ser prouechoso*. Polon. *Byc pożytecznym*. Vngar. *Haznalni, hazualotsnak lenni*. Ang. *For to be profitable*.] Horat. libro 1. Epist. Quæ nocuēre, sequar: fugiam quæ profore credam. Verbum est defectivum, sicut simplex fore.

Prōfŭgĭo, profugis, n. t. Procul fugio, aufugio. [כד *nad* כס *nadō* כץ *nadz*. Φεύγειν. Gall. *S'enfuir loin, eschapper*. Ital. *Fuggire lungi*. German. Entfliehen, weit hinweg fliehen. Belg. Wechvlien. Hispan. *Huyr lexos*. Polon. *Vtiekam*. Vngar. *Elfutok*. Ang. *To flee away farre*.] Plaut. in Cas. Quid nunc agam nescio, nisi ut improbos famulos imitet, ac domo profugiam. Cicer. in Læl. Hac itaque amentia perterritus in Asiam profugit. Terent. in Adelph. -quem hinc egens Profugiet aliquò militatū. ¶ Profugio cum accusativo, pro eo quod est fugiēdo relinquo. Curtius lib. 10. Quando enim regem universus exercitus deseruit? Nec servi quidem uno grege profugiunt dominos.

Prōfŭgus, a, um, penultima correpta, Qui à patria, domicilio, sive finibus in quibus antè agebat, profugerit. [נד *nadh*. φυγάς. Gall. *Fuitif, qui s'en est fuy de son pais bien loing*. Ital. *Fuori vscito, vagabondo*. Ger. Flüchtig. Hisp. *Fugitiuo, que mucho à lenes huye*. Polon. *Zbieg*. Vngar. *Zaz ki vetet*. Ang. *That fleeth away farre, a fugitiue*.] Sic Horatius profugos Scythas appellat, quòd crebrò domicilia mutent. Salust. Trojani qui Aenea duce profugi sedibus incertis vagabantur. Liv. 4. bell. Macedon. Annibal patria profugus perveneratad Antiochum. Ovidius 13. Metam. -profugaq; per æquora classe Fertur ab Antandro.

Prōfŭgĭum, profugii, n. t. Perfugium, asylum, portus. [מחסה *machaseh*. καταφυγή, καταφυγεῖον. Gall. *Lieu de refuge*. Ital. *Refugio*. German. Ein zuflucht. Belg. Een toevlucht. Hispan. *Guarida del que huye*. Pol. *Vciecznia*. Vng. *Segedelem, otalom*. Ang. *A place of refuge, a sanctuarie*.] Cic. lib. 1. Tusc. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quò utinam velis passis provehi liceat. Idem pro Cæcina: Exilium non supplicium est, sed profugium, portusque supplicii.

Prōfundo, profundis, act. 1. Largè, & copiosè effundo. [שטף *shaphadh*. ἀφθονεῖν. Gall. *Espandre en abondance*. Ital. *Spargere largamente*. Germ. Außgiessen / verschütten. Belg. Vergieten. Hispan. *Mucho derramar*. Polon. *Rozlewam*. Vng. Bőuon kiöntöm. Ang. *To powre out abundantlie*.] Plautus in Aulul. Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere. Idem Curcul. Profundis vinum? quæ te res agitat? Virgil. 12. Aeneid. Vix ea quum lacrymas oculis lutuma profudit. Cicero pro Fonteio: Quem ut vidi, equidem vim lacrymarum profudi. Sanguinē pro patria profundere, Cic. 2. de Fin. Verba profundere ventis, Lucret. lib. 4. Vitam profundere. Cicero 1. Offic. Inventi autem multi sunt qui non modò pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent. ¶ Profundere aliquando idem est quod prodigere, & inutiliter consumere, sive liberalitatis metas egredi: tractū ab aqua quæ profunditur ex vasis, ἐκχεῖσθαι. Terentius in Adelph. -tibi si illuc placet, Profundas, perdas, pereas, nihil ad me attinet. Cicero 5. Verr. Ait omnia, pecunia effici posse:

posse dare, profundere, opponere, si velis vincere. Idem in Catil. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt. ¶ Profundere vota & preces, est multum & instanter precari. ¶ Profundere vires animi, est omnes nervos intendere, & omnem ingenii vim applicare. Cicer. ad Att. lib. 1: Vehemens fui, & omnes profudi vires animi, atque ingenii mei.

Prōfūsus, a, um, participium, Largè fusus. [שׁפך *sibuppdeh.* πρόχυσις, ἐκχυσις. Gall. *Espandu en abondance.* Ital. *Sparso.* German. Auß gegossen mit vile. Hispan. *Derramado.* Polon. *Prędam.* Vngar. *Ki hatatoc.* Ang. *Powred out abundantlie.*] Plin. libro 11. cap. 41. Mulieri ante septimum mensem profusum lac inutile. Ovid. 11. Metamorph. - fletus super ora profusus. Plin. lib. 5. cap. 9: Ex hoc lacu profusus, indignatur fluere per arenosa & squalentia.

Prōfūsus, nomĕ, m. s. Supra modū sumptuosus. [δαπανηρός, σχέτλιος. Gall. *Abondant, somptueux.* Ital. *Suntuoso, abondante.* Ger. Geudig/verthäig/verschwendig. Belg. *Overvloedich/kostelyck.* Hisp. *Abundante, largo, galladar.* Pol. Rozpustny wracotracy. Vngar. *Bŏ kĕltsegue.* Ang. *Flowing out, very abundant.*] Salust. in Catil. Alieni appetens, sui profusus, quasi profusor sui. Cicer. pro Mure. Odit popul. Rom. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas: sordes, & inhumanitatem multo minus. Idem 1. Offic. Ipsumque genus jocandi non profusum, neque immoderatum, sed ingenuum, & facetum. ¶ Ponitur aliquando pro abjecto, & jacente. Plaut. Profusus, squalens, sordidus, ab omnibus derelictus.

Prōfūsissĭmŭs, Superlativus. [Vng. *Fölöttegyĕb bŏ kĕltsegue, tekenyĕs.*] Seneca de vitæ brevitate: Simul ad temporis jacturam ventum est, & profusissimi in eo, cujus unius honestissima avaritia est.

Prōfūsē, adverbium, Effusè [ἀσωτικῶς, δαπανηρῶς. Gall. *En grande abondance, excessivement.* Ital. *In grande abondanza, eccessivamente.* Germ. Hauffecklich/gar vberflussiglich. Hispan. *Con abondancia, largamente.* Pol. *Hoynie, nieprzemiernie.* Vngar. *Bŏbŏn.* Ang. *Web nierling or great abondance.*] Liv. 10. ab Vibe: Hæc ipse minitans obstitit profusè tendentibus in castra.

Prōfūsissĭmē. [Vng. *Fölöttegyĕb bŏ'sŏn tekenyĕsĕn.*] Sueton. in Augusto: Festos & solemnes dies profusissimè, nonnunquam joculariter tantum celebrabat.

Prōfundus, da, dum, adjectivum, Quod deorsum magnam habet altitudinem: ita dictum quòd porrò id est, longè habeat fundum. [עמק *hamek. Sufŏr.* Gall. *Profond, creux.* Ital. *Profondo, alto.* Germ. Tieff. Belg. Diep. Hispan. *Alto, hondo.* Polon. *Głębokŏ.* Vngar. *Mely.* Ang. *Deepe.*] Virgil. 5. Aeneid. Amissum Anchisen flebant, cunctæque profundum Pontum aspectabant. Ovid. ad Liviam: Effugerent aliqua stagna profunda via. Lucret. lib. 2: Corpora solventes abeant per inane profundum. ¶ Quandoque sumitur pro alto. Virgil. 1. Aeneid. Ni faciat, maria ac terras cœlumque profundum Quippe ferant secum, &c. ¶ Profundus sæpè per translationem capitur pro ingenti, magno, sive immenso. Hinc profunda avaritia dicitur à Salustio in Iugurtha: ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit, Romanos injustos profundæ avaritiæ communes omnium hostes esse. Sic profunda cupido, apud eundem loco jam citato. Namque Romanis cum nationibus, populis, Regibus cunctis una, & ea vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii & divitiarum. ¶ Profunda libido, Idem Salust. de Repu. ordinanda: Ut ex alienis malis deterrimi mortales ventri atque profundæ libidini sumptus quærerent. Nox profunda, Virg. 4. Aeneid.

Prōfundĭtās, ātis, f. t. [Sufŏrut. Vngar. *Mélysĕg.*] Macrobius Commentor. lib. 1. cap. 7. Maronis est ex intima disciplinæ profunditate sententia.

Prōfundum, substantivè acceptū, n. s. Mare, pelagus. [עמק *hamek* (vel) *hamek* מעמק *mahamak. ŏ Sufŏr.* Gall. *Creux, profondeur d'eau, la mer.* Ital. *Il mare profundo.* German. Das Meer. Hisp. *El mar hondo y alto.* Polon. *Głębokość.* Vngar. *Mely tenger.* Ang. *The deep sea.*] Ovid. 17. Epistol. Frigora ne possim gelidi sentire profundi. Rubrum profundum, apud Lucan. lib. 8. pro mari Erythræo. Iodomito profundo jactari, Ovid. 1. Trist. Eleg. 10: Pater profundi, hoc est Neptunus, Valer. Flac. 2. Argon.

Progemmo. Progemmas, a. p. Gemmas emitto. [ἐκβλαστάνω. Gall. *Boutonner, bourgeonner.* Ital. *Fare il botteone.* Ger. Die augen herfur treiben. Hisp. *Hincharse las yemas en el arbol.* Pol. *Pŏki wypuszczam.* Vng. *Megbimbŏzom, kŏ tsirazom.* Ang. *To budde.*] Col. lib. 4. cap. 27: Si palmites incipientibus, progemmantibus qui, fossorem immiseris, magnam partem vindemiæ decusseris.

Prōgĕnĕr, penult. corr. progeneri, m. s. Neptis m, æ maritus: cujus contrarium est Prosocer, sive socer magnus. [συμπενθερός. Gall. *Le mary de ma niepce.* Ital. *Marito di nipote.* Ger. Meines todts Tochtermann. Hisp. *El yerno de los abuelos.* Pol. *Maż moiey siostry córki albo wnuczki.* Vng. *Vŏkamnakŏc fŏrie.* Ang. *My neces husband.*] Suetonius progenerum videtur accepisse, pro generi patre, in Augusto cap. 101. Lucilioque Paulli progener fui, &c.

Prōgĕnĕrō, rās, penult. corr. act. p. Genero. [ילד *holidh. ŏ Sufŏr.* Gall. *Engendrer.* Ital. *Generare.* German. Gebären. Hisp. *Engendrar.* Polon. *Rodzę.* Vngar. *Szülĕk, nemzĕk.* Ang. *To ingender.*] Plin. lib. 11. cap. 6: Fœtus quonam modo progenerarentur, magna inter eruditos & subtilis fuit quæstio. Idem lib. 10. cap. 3: E' quibus vultures progenerantur minores. Horat. 4. Carm. Ode 4: Fortes creantur fortibus: & bonis Est in juvencis, est in equis patrum Virtus: nec imbellem feroces Progenerat aquilæ columbam.

Prōgĕnĕrātĭo, onis, f. t. Progenerandi actus. [ילדה *holidhah* תולדות *toladhoth* דור *dor. ŏ Sufŏrut.* Gall. *Engendrement.* Ital. *Generatione.* Germ. Das gebären oder die herfur bringung mit der gebart. Hisp. *Engendramiento.* Pol. *Porodzenie.* Vng. *Nemzĕs, szülĕs.* Ang. *Engendring.*] Plin. lib. 8. cap. 43. de asinis: Opera sine dubio gehi mirifica, arando quoque, sed mularū maximè progenerationi.

Provinciātim, adverb. Per singulas provincias. [κατ' ἐπαρχίας. Gall. *De province en province, par provinces.* Ital. *De provincia in provincia.* Germ. Durch alle Vogteyen oder Herrschafften / von einer zur andern. Hispan. *De provincia in provincia.* Polon. *Od państwa do państwa.* Vng. *Tartomanyonkent.* Ang. *From contrey to contrey.*] Sueton. in August. cap. 49: Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim distribuit.

Prōvīvo, is, pen. prod. n. 2 Vitam protraho. [ζῆν μᾶλλον. Gall. *Prolonger sa vie.* Ital. *Prolongare sua vita.* Germ. Sein Leben enger täben. Hisp. *Prolongar su vida.* Pol. Dłużyć życie. Vng. *Eltök, eletet meg toualabbra hozom.* Ang. *To prolong his life.*] Tacit. lib. 5: Nondum is dolor exoleverat, quin de Agrippina auditum: quam interfecto Sejano spe sustentatam provixisse reor.

Prōvŏco, as, pen. corr. act. p. Ex ædibus, vel ex loco interiori foràs voco, evoco. [קרא *kará.* ἐκκαλοῦμαι. Gall. *Hucher de loing.* Ital. *Chiamare di lontano.* Ger. Außrüffen. Belg. Roepen / beroepen. Hisp. *Llamar de lexos.* Polon. Wywołuwam, wywołam. Vngar. *Kihiuom.* Ang. *To call one a farre.*] Plautus in Pseud. Herus si domi est tuus, quin provocas? ¶ Aliquādo provocare, est in aliquod certamen vocare, sive ludendi, sive lædendi gratia: id est, lacessere, & postulare. [הסית *hesith* הטיח *hebiz.* ἐπιπηδῶ μάχῃ. Gall. *Defier, provoquer au combat.* Ital. *Sfidare.* German. Heraus heruffen zum Streit / außbieten. Hisp. *Desafiar al enemigo.*] Hinc dicimus provocare ad pugnam, provocare ad certamen, provocare in aleam, provocare minimo. Horat. 1. Ser. Sat. 3: Crispinus minimo me provocat digito scilicet. Solemus enim dicere nos tantùm digito valere quantum alius brachio. Budæus. Liv. lib. 7: Gallus, magnitudine atque armis, insignis, provocat per interpretem unum ex Romanis qui secum ferro decernat. Provocare aliquem literis, est literas mittendo, alium ad rescribendum invitare. Cicero Mario: Tuis amantissimis literis provocatus. Provocare aliquem injuriis: id est, lacessere & irritare. Plinius Iunior in Epistol. Quamvis etiam multis provocatus injuriis, nunquam tamen ab amicitia recessi. ¶ Aliquādo provocare, est majoris judicii, potestatisve opem implorare, appellare, & conjungitur cum accusativo, vel cum præpositione Ad vel sine. [קרא *karà.* ἐπικαλοῦμαι. Gall. *Appeller par devant vn juge superieur.* Ital. *Provocare, appellarsi ad giudice superiore.* Germ. Ein Rechtshandel von einem Richter für ein höheren ziehen / Appellieren. Hisp. *Apelar para el superior.*] Cic. Attic. Quum alter ad Senatum provocasset, alter verò appellasset Tribunos. Livius lib. 3: Quòd si Tribuni eodem fœdere obligatos se fateantur tollendæ appellationis causa, in quam conspirasse Decemviros criminati sunt, ait se provocare populum, implorare leges de provocatione, & Consulares, & Tribunitias eo ipso anno latas. Quem enim provocaturum, si hoc indemnato indicta causa, non liceat? Cui plebeio & humili præsidium in legibus fore, si Appio Claudio non sit? Sed documento futurum, utrum novis legibus dominatio, an libertas firmata sit, & appellatio, provocatioque adversus injuriam magistratuum ostentata tantùm inanibus literis, an vera data sit. ¶ Provocare, autore Budæo, videtur aliquando poni pro vincere, seu superare. Quintil. libro 10: Elegia quoque Græcos provocamus: hoc est, quasi certi de victoria, in contentionem vocamus. ¶ Provocare in integrū dixit Cic. ad Brut. De Cæsare verò quod fieri debuit, ac potuit, transactū est: nec quicquam provocari in integrum potest: hoc est, integrū jam non est illi ut provocare possit jure.

Prōvŏcātŏr, oris, verbale, m. r. Qui alterū ad pugnā, certamenve provocat. [ἀντιπαλαιστής. ἀντιπαλαίστρια. ἀντιμαχητής. Gall. *Provocateur & irriteur, defiant.* Ital. *Che sfida, sfidatore.* Germ. Außbieter oder lader zum Streit. Hisp. *El que desafia à otro.* Polon. Wyzywca. Vng. *Hayra hiuo.* Ang. *A prouoker to fight.*] Plin. de viris illustribus: Adversus ingentem Gallum provocantem solus Valerius Tribunus militū omnibus territis processit. Cic. pro Sest. Quum verò ne de venalibus quidem homines eligeret, sed ex ergastulis emptos, nōminibus gladiatorii ornāsset, de fortito alios Samnites, alios provocatores fecerit, &c. ¶ Provocator item de eo qui provocat ad alium judicem. Labeo D. de Verbor. signific. At multiq; provocatio est, nec antè debetur, quàm aut non est provocatum, aut provocator justus est.

Prōvŏcātōrĭus, adjectivum. ἀντιπαλαιστικός, ut Provocatoria dona militaria quæ meruit provocator: quod humanius est quàm provocasse. Gell. lib. 2. cap. 11: Populi militaria dona dabant multijuga, in his provocatoria pleraque.

Prōvŏcātĭo, onis, verbale, f. t. [ἀντιπαλαίστρα, ἀντιμαχητής. Gall. *Defiement.* Ital. *Disfida.* German. Außbietung / das außbieten Kampff. Hisp. *Desafiamiento.* Pol. Wyzwanie. Vng. *Kepzelues.* Ang. *Prouoking.*] Ex provocatione interfecit eum, Plin. lib. 7. cap. 5. ¶ Provocatio, appellatio. [ἔφεσις. Gall. *Appel ou appellation devant vn juge superieur.* Ital. *Appellatione ad vn giudice superiore.* Germ. Ein Appellation von einem Richter für einen höhern. Hisp. *Aquella obra de apelar, apelacion.* Ang. *Apealing to an other iudge.*] Cicer. 4. Academ. Commemorant reliquos, qui leges populares de provocationibus tulerunt. Quid turpius quam Senatus sine provocatione? Cic. 3. de Leg.

Prōvŏlo, as, n. p. Avolo, ulterius volo. [ἀναπτέω. Gall. *S'envoler, s'en aller hastivement.* Ital. *Volare, correre velocemente.* Getimm. Herauß fliegen / hinweg fliegen. Hispan. *Volar à lexos, correr ligeramente.* Polon. Wyliatuie. Vngar. *Elrhöllik.* Ang. *To flie away / farre of.*] Plin. lib. 10: Tunc universæ provolant, si dies mitis futurus est. ¶ Liv. lib. 21: Per translationem pro procurro poni. Sic primū infensis hastis provolant duo Fabii, totamq; feram moverunt aciem. Idem lib. 3. ab Vrb. Is dato negotio loci, ut corpus obtegeret, ipse in locum vicemq; Consulis provolat.

Prōvŏlvo, is, act. t. Volvendo protrudo. [ἀναπτύσσω. Gall. *Envoler auant soy.* Ital. *Rivolgere.* German. Von einem weiter fortwälzen. Hispan. *Rebolver.* Polon. Odwalam. Vngar. *Elvegyokre.* Ang. *To roll forth before him.*] Livius: Ingentia saxa in infantes provolventibus Barbaris. Terent. in Andr. Eam ego hoc in mediam viam provolvam. ¶ Provolvere se ad genua alicujus, est sese humi supplicem profitenere, & veniæ impetrandæ gratia, genua ejus amplecti, in quibus antiqui misericordiæ sedem esse voluerunt. ἀναπτύσσεσθαι. Livius: quinto belli Macedonici: Legati ubi hæc audierunt, lentes ad genua Consulis provolvuntur.

Prōĭtĕr, adverbium similitudinis, idem valens quod pariter, vel quemadmodum ut. [כאשר *chaasher* כמוש *chamoch.* ὡσαύτως, ὁμοίως. Gall. *Selon que, ainsi que.* Ital. *Come, secondo che.* Germ. Zuthun. Hisp. *Como.* Pol. *Rownie iako.* Vng. *Azonnint.* Ang. *Accordingly.*] Cicero Attico: Tuas literas prout res postulat, expecto. Idem in Verr. Prout Thermitani hominis opes ferebant. Livius: Ut ea Vrbe: Raptim collatæ fercula in medium, & prout cuique libitum, instructa acies.

Proxĕnĕtă, æ. m. p. [προξενητής. Gall. *Vn courtier ou negotiateur de quelques affaires.* Ital. *Sensale.* Ger. Ein mittler der einen zum Kauff oder anderm Contract / eins macht. Belg. Ein maeckler. Hisp. *El corredor de la mercaderia.* Pol. *Srzedek miedzy dwiema osobami albo przekładaiący.* Vngar. *Kiközbe iaro kereskedő.* Ang. *A broker.*] Licitator, mediator, conciliator, sive interpres duorum inter se stipulantium, aut spondentium, aliumve quēvis contractum conventumq; ineuntium. A verbo προξενῶ, quod est contractum contractuum ago. Martial. lib. 10: Quæ fuit hæc tecum facies emota ramento, Vatinorum pro vincta fraterna. [προξενητικός.

Prōxĕnētĭcă, æ. f. p. dicitur conciliatrix nuptiarum quæ & pronestria: quoniam id munus soleret per fœminas fieri, quæ scilicet arrhæ sponsalitiæ deponantur apud proxenetam. Vide Alciat. lib. 1. disputt. 21.

Prōxĕnētĭcum, merces proxenetæ. Vng. *Arra el kottatot mondia, amica.*] Vlp. D. li. olt. Tit. 14. L. 1. Proxenetica jure licito petuntur.

Prōxĭmus, Vide PROPE.

Prūdens, tis, om. t. Sapax, providus, multarum rerum peritus. [חכם *chachám* משכיל *maschil* נבון *nabin.* δεξιός, συνετός. Gall. *Prudent & sage.* Ital. *Prudente, sapute.* Germ. Verstendig und wolerfahren. Belg. Verstandich mēs. Hispan. *Sabio.* Pol. *Madry.* Vng. *Ersz.* Ang. *Wise prudent.*] Cic. de Or. Vir natura peracutus & prudens. Idem de Clar. Orat. Latio Torquatus elegans in dicēdo, in existimādo admodū prudens. ¶ Interdū prudens idem est quod sciens, & data opera aliquid faciens. ἐκ προνοίας. Plaut. Capt. Et jam multis annis plus insciens qui fecit, quàm prudens boni. Cicero Attico: Ne prudens & sciens eò te demittas, unde exitum videre nullum esse. Idem libro 10. Epist. Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam ire videbar. Differunt autem hæc duo, prudens & sciens, secundum Donatum.

Dēnatum quod prudens est qui intelligentia sua aliquid cognoscit: sciens qui alterius iudicio non percipit: hoc est, prudens per se, scions per alios. Terent. in Eunuch. Et prudens, sciens, vivat, videnséque pereo. ¶ Prudens pro sciens cum infinitivo. Plin. lib. 8. cap. 32. de vitulo marino: Ē vomit fel suum ad multa medicamenta utile: item coagulum ad comitiales morbos, ob ea se peti prudens. ¶ Interdum prudens accipitur pro gnaro, perito, seu docto. *ἐπιστήμων.* Vnde juris prudentes dicimur id est, consultos, & peritos juris. Cic. de Amic. I. Acilius prudens esse in jure civili putabatur. Prudens adulandi. Iuvenal. Satyr. 3: Quid quod adulandi gens prudentissima laudat Sermonem indocti, faciem deformis amici? Cic. de Clar. Orat. Omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo.

Prudentĭa, æ, f. p. Est rerum experendarum (utinquit Cicero 1. Offic.) fugiendarumve scientia. [חכמה *chochmah* בינה *binah* תבונה *tebunah.* *φρόνησις.* Gall. *Prudence, sagesse.* Ital. *Prudenza.* Ger. Weißheit/verstand. Hispan. *Prudencia, sabiduria.* Pol. *Madrość.* Vng. *Bölcsség.* Ang. *Wisdome.*] Idem 5. de Finib. Vt medicina valetudinis, sic vivendi ars est Prudētia. Idem de Senect. Temerarius est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Prudētia est (sicut docet Macrobius) ad rationis normam quæ quis cognat, quæq; agit, universa dirigere, ac nihil præter rectū vel laudabile facere. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circumspectio, providentia, docilitas, cautio. Græcè dicitur *φρόνησις*, qua voce usus est & Plautus in Trucul. Quę hic habet Phronesium, omnem ex pectore movit meo Phronesin.

Prudēter, adverb. Sapienter, providé [*φρονίμως.* Gall. *Prudemment, sagement, sauvement.* Ital. *Prudentemente.* Germ. Weißlich/ſinnreich. Hispan. *Prudente y sabiamente.* Pol. *Madrze.* Vng. *Bölcsen.* Ang. *Wiſelie, wittelie.*] Cicero 5. de Finib. Facit ig tur I. noster prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit. Plin. Epistol. 233: Prudenter autem constituis, interim navibus, interim vehiculis uti.

Prūtĭnĕ, æ, a perurēdo, quòd fruges & virgulta perurat. [כטור *kitor* שרפה *serefah.* Gall. *Golee.* Ital. *Brina.* Ger. Ein Reiff. Belg. *Rym.* Hispan. *La helada ò yelo que quema.* Pol. *Rossa, item mróz.* Vngar. *Zsemyecho harmat.* Ang. *Hoare or raw frost.*] Ex rore gelido nascitur, nec fit nisi immoto aëre, & sereno. Cic. 1. de Nat. deor. Pars obriguit nive, pruinâve longinquo Solis abscessu. Virg. 2. Georg. Agricolæ curant gelidæque pruinæ. Idem lib. 3 Georg. Stant circumfusa pruinis Corpora magna boum. Cicer. Catil. Quo autem pacto illi Apenninum, atq; illas pruinas, ac nives perferent? nisi id circo se facilius hyemem toleraturos putant, quòd in conviviis nudi saltare didicerunt.

Prūnă, æ, f. p. A' carbone ita distinguitur, quòd illa ardens sit & viva, carbo autem extinctus. [חם *chocheal* שרם *pechám.* *ἀνθρακιὰ* Gall. *Braise de feu, brasier, charbon ardant.* Ital. *Bragia di fuoco.* German. Ein glut/brunende tot. Belg. Een gloeyende tote. Hispan. *Lubesa, carbon encendida.* Pol. *Zarzyłe węgiel.* Vngar. *Parasz elevens en.* Ang. *A cole burning or a live cole.*] Dicta pruna à perurendo. Virgil. 5. Aeneid. Subjiciunt veribus prunas, & viscera torrent. Plin. lib. 19. cap. 6: Si radicem betæ in pruna tostam superdederis. Horatius 1. Serm. Satyr. 3: Prętextam & latum clavum, prunæque batillum.

Prunĕŏli fungi, qui & Spineoli dicti sunt. Ignoti prorsus veteribus, quòd cerè in tot gulæ irritamentis mirandum est.

Prūnŭs, ni, f. f. Arbor quæ pruna producit. [*κοκκυμηλέα.* Gall. *Vne prunier.* Ital. *Arbore de pruogni ſeſtandro.* Ger. Ein pflaumenbaum. Belg. Een pruym boom. Hispan. *El ciruelo arbol.* Pol. *Slywina.* Vng. *Szilva fa.* Ang. *A plume tree.*] Colum. lib. 2 cap. 2: Multa sunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent: ut juncus, & calamus, ut gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni sylvestres. Virgil. 2. Georg. Et sæpè alterius ramos impudentes videmus Vertere in alterius, mutatamque insita mala Ferre pirum, & prunis lapidosa rubescere corna.

Prūnum, ni, n. f. Arboris fructus dicitur. [*κοκκύμηλον.* Gall. *Vne prune.* Ital. *Seſino.* German. Ein pflaumen. Hispan. *La ciruela.* Polon. *Slywa.* Vngar. *Szilva.* Ang. *A plumme.*] Martial. lib. 11: Pruna peregrina carie rugosa senectæ Sume, solent duri solicite ventris onus. Virg. 4. Georg. Eduramque pyrum, & spinos jam pruna ferentes. Idem 2. Eclog. Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.

Prūnētum, Locus prunis consitus. *κοκκυμηλών.*

Prurĭo, is, n. 4. quasi perurot. [*κνησμονή.* Gall. *Se demanger.* Ital. *Prurigine, pizzare.* Ger. Beissig oder trenig ſein. Belg. Jucken. Hisp. *Tener comezon.* Polon. *Swierzbie.* Vng. *Viszketek.* Ang. *To itch.*] Id enim prurire propriè libidine scalpendi ardere, excitatis spirituosis, sibi per poros exitum quærentibus. Plaut. Pœn. An dentes pruriunt? Idem Mil. Ita dorsum totum prurit. ¶ Prurire item interdum fœdæ significationis verbum est, idē significans quod genitalium partium pruritum excitare, & rei veneriæ appetitum gignere. Martial. libro 14. de puella Gaditana. Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum Mauritanorem fecerit Hippolytum. Martial. lib. 11: Lex hæc carminibus data est jocosis, Ne possint nisi pruriunt, juvare. Catul. in Gell. Epigr. 83: Quid facitis Gelli, qui cum matre, atque sorore Prurit, & abjectis pervigilat tunicis.

Prurītŭs, tus, penult. prod. m. q. Sensus levis mortificationis, circa cutem ad scalpendū nos invitans. [חרס *cherés, κνησμός, κνῆσμα.* Gall. *Demangeaiſon.* Ital. *Prurito, rudimento, pizzo.* German. Beiſſigkeit/juckung der haut. Hispan. *La comezon.* Polon. *Swierzbienie.* Vngar. *Viszketo.* Ang. *Itching.*] Fit autem ab excrementis spiritiosis, exitum sibi molientibus. Plinius lib. 9. cap. 43: Vis pruritu mordax.

Prūrīgo, pēn. prod. f. t. Pruritus. [חרס *cherés, κνησμός.* Gall. *Demangeaiſon.* Ital. *Pizzicore.* Germ. Das beiſſen vnnd jucken. Hisp. *Comezon.* Polon. *Swierzbienska.* Vngar. *Viszketes.* Ang. *Itchinge or the itche.*] Colum. lib. 7. cap. 5: Nam subest aspera cutis, & velut quædam prurigo. Plin. lib. 20. cap. 8. Nigræ radices ita in aqua coctæ prurigines tollunt.

Prūrīgĭnōsŭs, Qui laborat prurigine. [Vng. *Viszketegő.*] Caius D. lib. 21. tit. 1. l. 3: Vel prurigino si vel scabiosi.

Prymnesium, n. s. [*πρυμνήσιον.* German. *Schiffſeil/damit man eh an das Landt bindet.* Polon. *Lina ſkroczna.*] Funis quo navis ad continentem religatur. Plinius rudentem vocat, nonnulli oram. Prymnesium autem dictum est *διὰ τὸ πρύμνης*, eò quòd è puppi ſolerat emitti.

Prytănis, *πρύτανις*, à verbo Græco *πρυτανεύω*, quod est magistratum exercco, vel guberno: summus Athenis magistratus erat, cui reipublicæ administrandæ cura incumbebat. Erant autem *πρυτάνεις* numero quinquaginta, decimam partem curiæ quingenariæ efficientes, in orbem *πρυτανεύοντες*: hoc est, magistratum administrantes, singulisque mensibus vices commutantes.

P ante S.

P. S. In notis antiquorum, Posuit sibi. P. S. Plebiscitum. P. S. F. Publ. cè sibi fecit. P. S. F publicæ saluti vel sibi fecit. P. S. F. C. publicæ saluti faciendum curavit, vel publico, vel proprio sumptu faciendum curavit. P S C plebiscita.

Psăltes, Latinè cantor. [משורר *meshorer.* *ψάλτης.*]

Psăltrĭă, æ, f. p. [משוררת *meshorémeth.* *ψάλτρια.* Gall. *Chanteresſe.* Ital. *Cantatrice.* Ger. Ein Singerin. Hispan. *Cantadora.* Polon. *Spiewaczka.* Vng. *Muſikas aszony.* Ang. *A ſinging woman.*] Cantatrix, quæ scilicet instrumento aliquo musico canit: à Latinis fidicina dicitur, quasi fidibus canens. Terent. in Adelph. Illæc jam penes vos psaltria est? Cicer. 3. Tusc. Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur.

Psallŏcĭthărĭstæ, apud Tranquillum in Domitiano, cap. 4: Certabant etiam & prosa oratione Græcè, Latinèq;, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoq; & psallocitharistæ.

Psăllo, is, n. t. [זמר *zamár.* *ψάλλω.* Gall. *Chanter.* Ital. *Cantare.* German. Singen. Hispan. *Cantar.* Polon. *Spiewam.* Vngar. *Enekelek.* Ang. *To ſinge, to play on harpe or lute.*] Verbum est merè Græcum, idem significans quod cano sive id ore fiat, sive instrumento musico. Vnde Budæus illud Gellii libro 19. cap. 9: Qui canerent voce, & qui psallerent, interpretatur citharam pulsarent. Horat. 2. Epistol. 1: pingimus, atque psallimus, & luctamur Achivis doctius unctis. Idem 4. Carm. Ode 13: ille virentis, & Doctæ psallere Chiæ Pulcris excubat in genis. Cic. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, qui non solum amare, & amari, neque cantare & psallere, sed etiam sicas vibrare & spargere venena didicerunt.

Psălmŭs, n. s. [מזמור *mizmór* זמרה *zimrah.* *ψάλμος.* Gall. *Chant, chanſon.* Ital. *Canto.* German. Ein Geſang oder Pſalm. Hisp. *Cancion.* Pol. *Spiewanie.* Vng. *Enek.* Ang. *A ſonge.*] Quod psallitur. Diapsalma, *διάψαλμος*, silentium & quies quædam inter psallendum interposita. Nam ut symphalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disjunctio, ubi quædam requies distinctæ continuationis ostenditur.

Psălmōdĭă, æ, pen. acuta. [בלי־יבה *neghináh* *ψαλμῳδία.*] ex *ψάλλω* & *ᾠδὴ* compositum est, Cantus missus: ut quum aliquis ad musicum instrumentum voce accinit.

Psălmŭs, mi. [מזמור *mizmór* זמרה *zimrah.* *ψαλμός.*] Latinè canticum: à *ψάλλω*, canto, quòd ad psalterium cantaretur.

Psălterĭum, rii, n. s. [נבל *nébel.* *ψαλτήριον.* Germ. Ein gattung Inſtruments der Muſic oder Seytenſpils / dabey noch bey vns den nasicis *Pſalterium.*] Græca dictio est, quod Hebraicè *nablum*, Latinè organum laudatorium dicitur. Et est (ut Hieronymus scribit) in modum quadrati clypei cum decē chordis sicut scriptum est: In psalterio decem chordarum psallite illi. Idem in expositione Psalmorum sic ait: Psalterium propriè genus organi musici, melius sonans quàm cithara, similitudinem habet citharæ, sed non est cithara. Inter psalterium & citharam hoc interest, quòd cithara deorsum percutitur: psalterium verò sursum: quod verbo vulgari *polyphthongum* dicitur. Et alio in loco: Cithara deorsum habet cavamē, & sex chordas habet. Psalterium sursum habet cavamē. Augustinus: Psalterium est organū quod quidē manibus portatur percutiētis, & chordas distinctas habet, sed illum

illum locum unde sonum accipiunt chordæ, illud concavum lignum quod pendet, & tactum resonat, quia accipit aërem, psalterium superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cavum & resonans in inferiore parte habet. Itaq; in psalterio chordæ sonum desuper accipiunt: in cithara chordæ sonum ex inferiore parte accipiunt. Cic. de Arusp. respon. P. Cornelius à mulieb ribus soleis, purpureisq; fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro tactus est repetit popularis. Quintil. lib. 1. cap. 10: Nec psalteria, aut spadices etiam virginibus probis recusanda.

Pſēcās, cadis. [שלף *dilaph* לן *igbel.* ψακάς. Gall. *Vne goutte.* Ital. *Gocciola.* German. Ein tropff. Hisp. *Gota.* Pol. *Kropia.* Vngar. *Tsep.* Ang. *A droppt.*] Gutta, sive stilla dici potest. Apul. libr. de Mundo ex Aristotele, pſecadas interpretatur stillicidia. Micæ quoq; inter arenas lucentes, pſecades dicuntur. ¶ Quinetiam ancillæ quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergunt, à Græcis hoc nomine appellatæ sunt.

Pſēgmă, ătis, ψίγμα. Idem ferè quod flos æris. Plinius libro 34. cap. 13: In æratis officinis & pſegma fit. ¶ Pſegma quoq; pro rumento auri usurpatur, ut apud Herodotum in Thalia: Indi (*inquit*) ut sunt multitudine multo numerosissima omnium quos novimus hominum: ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum trecenta scilicet, & sexaginta pſegmatis talenta: id est, aurei rumenti. Rumentum auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodem autore chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad verbum aurea arena dicitur, libro undecimo Codicis Iustiniani: Auru autem rumentitium (inquit ille) invenitur esse talentum Euboicorum quatuor millium sexcentorum & octoginta, sita ratio ineatur, ut spegma tredecies tanto argenti rependatur. Strabo lib. 3: Ac ne aurum quidem solùm effoditur, sed etiam trahitur. Deferunt enim aurum amnes, & torrentes auream arenā, quæ etiam multis in locis aquarum indigis reperitur: sed in his non apparet: in iis autem locis quæ fluminibus aluntur, auri pſegmatis est, scobs aurea resplendescit.

Pſemes, Culices ficarios vocavit Aristot. Etiamsi quidam corrupte legunt Pseras. Dicuntur autem Pseres quasi galbæ. Nam & pſenes poetæ cùm dicunt, calvos & glabros intelligunt, ut est apud Portam Simonidem: nos tamen galbas, esculi vermiculos vocamus.

Pſephiſmă, atis, n. t. ψήφισμα, Græca dictio est, quæ Latinè interpretari potest decretum, vel plebiscitum per suffragia factum. Cicero pro Flacco: Sic sunt expressa ista præclara quæ recitantur pſephismata, non sententiis, nec autoritatibus declarata.

Pſephŏpæctæ, [ψηφοπαίκται. Polon. *Kugliarje, szalbierje.*] Græco vocabulo dicuntur quos nos *præstigiatores* appellare possumus, seu *sacculatores*, seu *calculatores impostores*, qui habili, fallaciq; manuum motu spectatoribus imponūt. ψῆφοι enim inter cætera calculos significant, quibus aut ratio subducitur, aut suffragia feruntur. Vnde qui calculis hujusmodi lusitant, spectatorum oculos præstringit, pſephopæctes dicitur.

Pſephos, phi, m. f. ψῆφος, Lapis annuli, & numerus pecuniarius, sicut apud nos calculus.

Pſeūdŏs, [כזב *chazab* שקר *sibkér.* ψεῦδος. Gall. *Fausseté, mensonge.* Ital. *Falsità, mendacio.* German. Ein lug oder falsch. Hispān. *Falsidad, mentira.* Polon. *Klamstwo.* Vng. *Hazugság.* Ang. *A lie.*] Latinè sonat mendacium, sive falsum: eoque frequenter utimur in compositione Græcarum dictionum: ut Pseudographus, & similia. Quoties autem propriis nominibus in compositione jungitur, non tàm falsitatem significat, quàm omnimodam similitudinem, ut Pseudophilippus, qui propter omnimodam similitudinem à quibusdam falsò habitus fuit pro Philippo.

Pſeudănchūsă ψευδάγχουσα, Herba anchusæ simillima, sed lanuginosior, & minus pinguis, à quibusdam enchusa, & adosis appellata. Plin. lib. 22. cap. 20.

Pſeudisŏdŏmŏn, inquit Plinius libro 36. cap. 22. structuræ genus appellant, quum parietes ex inæqualis crassitudinis lapidibus constant.

Pſeūdŏbūnĭŏn, ψευδοβούνιον, Genus herbæ in Creta, palmi altitudine fruticans, foliis napi, acribus. Plin. lib. 24. cap. 19. Dioſc. lib. 4. cap. 126.

Pſeūdŏdĭctămnum, ψευδοδίκταμνον, Fallum dictamnum, genus herbæ quæ in Creta similis pulegio nascitur. Plinius libro 26. cap. 9.

Pſeūdŏmĕnŏs syllogiſmus, ψευδόμενος συλλογισμός. Argumenti seu sophismatis genus fallaci sropha differentes implicans. Cic. 2. de Divinat. ratiocinationem mentientem interpretatur: Quomodo autem (*inquit*) mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissolvas?

Pſeūdŏpŏrĭcŭs. Falsa porticus. [ψευδοστοά. Polon. *Chwarta fałszywa.*] Nam in ædificiis partes quæ fiunt ad imitationem, nec integrum, nec principalem, sed precarium aut temporarium usum præbent, quasi alienum opus mentientia, hoc nomine insigniri solent: ut Pseudothyrum, & Pseudoaulæ, similesque his complura apud Vitruvium.

Pſeūdŏprŏphētæ, ψευδοπροφῆται, Falsi Vates.

Pſeūdŏthyrŏn, ψευδόθυρον, Quasi falsum ostium, unde pro postico sumitur. Orosius: Veruntamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, ut medio foro Imperator correptus à populo, & convitiis & fragminibus panis turpissimè infestatus, ægrè per pseudothyrum in palatium refugiens, furorem excitatæ plebis evaserit. Cic. in Vert. Ea quemadmodum ad illum possint per pseudothyrum revertantur, tabulis vobis & testibus habitis planum faciam.

Pſeūdŏūrbānă ædificia, Dicuntur à Vitruvio ædificia nullis, urbana elegantiis extructa, Budæus.

Pseudopathes, Staphisagria, apud Dioſc. lib. 4. cap. 158.

Pſeūdŭlŭs, ψευδόλος, Falsus servus. Vnde & Plautinæ fabulæ Pseudolus nomen inditum est.

Psilothrum, n. t. [ψιλωτρον. Ger. Ein Salb darvon das haar ausfallt.] Vnguentum depilatorium quo mulieres, vinique molliores utebātur, ut corpus glabrum, & leve redderet: à ψιλός, nudo. Vnde apud Galenum legitur salamandras habere vim psilothri. Martial. lib. 2: Psilothro niter, aut arida latet obvia creta. ¶ Psilothrum præterea dicitur vitis alba, quòd eius semen, & uva vitia cutis in facie detergat, & quasi faciem depilet. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Psīmmўthĭum. [ψιμμύθιον. Germ. Bleyweiß.] Dicitur quod nos *cerussam* nominamus. Fit ex plumbo, acri aceto resecto. Plin. lib. 22. cap. 18: Psimmythium: hoc est, cerussam, plumbum dant officinæ.

Psĭttă. [ψῆττα. Ang. *A plaice fishe.*] Piscis plani genus, cum nos *passerem* vocamus, ut vertit Theodorus ex Aristotele, de natura animalium.

Psittăcŭs, m. f. [ψιττακὸς, ψιττάκη. Gall. *Vn papegay, vn perroquet.* Ital. *Pappagallo.* German. Ein Papegay oder Papagey. Hispan. *Papagayo.* Polon. *Papuga.* Vngar. *Papiczany.* Ang. *A parrot or popingay.*] Avis ex India, aut occidui Oceani insulis. Vocem humanam mira naturæ artificio exprimens. Martialis libro 14: Psittacus à vobis aliorum nomina disco, Hoc perme dicit discere, Cæsar ave. De hac ave Apuleius libro 2: Color plumæ viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis, nisi quod isti cervice distinguitur. Enimverò cervicula ejus circulo mundi, velut aurea torque, pari fulgoris circumactu cingitur, & coronatur. Rostri primâ duritia. Quum in petram quampiam coctitus, altissimo volatu præcipitat, rostro ferè velut anchora innitit. Sed & capitis eadem duritia qua rusticum sermonem nostrum cogitur æmulari. Ferrea clavicula caput mundat, magistri ut persentiscat: hæc ferula discenti est. Discit autem statim pullus usque ad duos ætatis suæ annos, dum labile os, ut conformetur, quum tenera lingua uti velit, consuitur. Senex autem asper & indocilis est, & obliviosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus glande qui vescitur, & cujus in pedibus, ut hominis, quini digitis numerantur. Non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quòd eis lingua latior quàm cæteris avibus: eò facilius verba hominis articulantur, patentiore gutture & palato. Id verò quod dicit, ita similiter nobis canit, ut potius eloquitur, ut vocem si audias, hominē putes: eundem si videas, idem conari, non eloqui. Verum enimverò & corvus, & psittacus nihil aliud quàm quod didicerunt, pronunciant. Si convitia docueris, convitiabitur, dicbus ac mensibus perstrepens maledictis. Vide Plin. lib. 10. cap. 42. & Var. 3. de Re rust. cap. 9.

Pſŏlē, ēs. ψώλη, Latinè mentula dicitur. Autor Priap. Psolen illa vocat, nos *sfodientia vrcamum.*

Pſōrā, æ. [ψώρα. Gall. *Gale, rongne, maladie qu'on dit de sainct Main.* Ital. *Rogna, scabbia, mal di pelle.* German. Ein schuppechtig rauh Hisparm. Hispan. *La sarna.* Polon. *Strup swierzbiący.* Vngar. *Vaketeg reb.* Ang. *Scurinesse.*] Cutis asperitas squamosa reddetur alia à scabie, quum Plinius libro 20. cap. 1. dicat *scabiem* cum tesina, impetiginem & scabiem, quam ψώραν & λειχῆνα vocant, sanat. Fit autem à ψάω, scalpo. Nam qui pſora laborant, ulcera sive pustulas supra modum contingere, palpare & scalpere cupiunt.

Pſoriosis, est durities scroti, cum abjecto pruritu, aliquando etiam exulceratione. Pſoriosis palpebrarum: id est, pſorophthalmia. De qua Paulus lib. 3. cap. 23.

Pſoricon, quomodo præparetur, vide apud Dioſcor. lib. 5. cap. 105.

Pſorophthalmia, æ. f. p. prurigino sa palpebrarum pſoriasis, quam *scabiem* vel *scabrum* appellamus, ex falso, minusque proprio more ducens originem. Paul. lib. 3. cap. 22. [Germ. Grindigkeit vmb die Augen.]

Pſyche, Trypolium, apud Dioſc. lib. 4. cap. 116.

Pſychĭum, passivum genus, à colore appellatum vero.

Pſychrŏlŏ-

Psychrolutrès, ψυχρολουτης, Dicitur qui frigida aqua corpus lavit, & balneo frigido lavatur. Vide & verbum ψυχρολουτω. Gens usitatum, pro eo quod est frigida lavor. Seneca lib. 12. Epist. Ille tantus psychrolutes qui Calendis Ianuariis Eurypum fluctuabat.

Psychomantheum, pen. prod. ψυχομαντειον, Locus cujusdã fanitatis, ubi fiebat divinatio per Manium evocationem: ψυχὴ enim animam, & μαντεια divinationem significat. Cic. 1. Tusc. Acc enim Termanem quendam Elysium, quum graviter filii mortem mœreret, venisse in psychomantium, quæ centem quę fuisset tantæ calamitatis causa.

Psychotrophium, [ψυχοτροφιον. German. Betonien. Polon. Betonica gemona.] Herba duorum cubitorum altitudine angulosum habens caulem, à radice spargens folia ferè lapathi, tenuia, semine purpureo: in Italia *Serratula* dicitur, in Gallia Betonica. Autor Plin. lib. 25. cap. 8: Psychotrophon inde dictum, quòd locis potissimùm gaudeat algosis. ¶ Psychotrophi item pices quidam appellãtur, quòd umbrosos sectentur recessus, ac humido, frigidoque delectentur elemento.

Psychovicos, Hebrine apud Dioscor. lib. 3. cap. 41.

Psychrophobi, Medici timidi ad propinandam frigidam in febribus continentibus. Galen. 9 Method.

Psychrola. Qui frigida lavat. Senec. Epist. 54: Mitto me in mare quomodo psychrolam decet gaudiatorius.

Psyctalis, Ficuum genus, sic dictum ab algore. Sunt qui psydalia interpretentur, quæ tecentes non sunt quidem, non tamen ficeræ.

Psydracion, ψυδρακιον, Genus pustularũ duraru, & subalbidarum, acutarũq; caput præcipuè infestãtium. Vide Aeginetam

Psyllion, [ψυλλιον. Ger. Pfilles traut: wird auch also in den Apotecken genennt.] Herba quam vulgus noster *pulicarem* vocat, de qua vide Plin. lib. 25. cap. 11.

Psythii, Vvæ genus est ex qua optimum fit passum. Virgil. 2. Georg. Et passo psythia utilior.

P ante T.

Ptarmica, æ, f. p. Frutex est succos habẽs parvos, multos & rotundos, abrotono non dissimilis: & circa eos folia oleæ longa, & in cacumine capitulum uti Athemidis parvum rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat, unde & nomen accepit. Meminit ejus Dioscor. lib. 2.

Ptarmos, sternutamentum.

Pte, ex syllabica adjectio: quære in dictione MET.

Ptera, πτερα, sive (ut Vitruvius libro tertio, capite secundo appellat) pteromata, πτερωματα, in templis, cæteris que majoribus ædificiis dicuntur muri duo in altitudinem conjungentes, alarum instar: unde & nomen habent. Nam πτερα Græci alas vocant.

Pterion, Dryopteris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 199. Pterion, Trichomanes, apud Dioscor. lib. 4. cap. 138.

Pteris, πτερις, Latinè dicitur filix: qua voce usus est Plinius libro 27 cap. 9.

Pterygium, n. s. [πτερυγιον. Ger. Ein fäll/oder der nagel im Aug.] In oculis vocatur nervosa quædam adnatæ membranæ excrescentia, à majori angulo ut plurimùm orta, ad oculi Coronam ita procedens, ut interim & pupillam operiat. Plin. lib. 34. cap. 10: Cadmiæ effectus siccare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, & sordes oculorũ purgare. ¶ Pterygion in digitis apud Paulum Aeginetam, est quum caro extrescat, partem illam cõtegens quæ in ungue pterygion appellatur: quod vitium ex paronychia ferè nascitur. At Celsus lib. 7: Pterygium dixit esse quum recedit ab ungue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutivum esse à πτερις: id est, ala, quam tunc videtur efficere caro ab unguibus discedens. Plin. lib. 25. cap. 2: Illinitur eadem cum fico, & pterygiis digitorum ex vino. Idem: Cum oleo etiam paronychias, & pterygia tollit. [German. Es wächst vnd dis nägel/gibt eyter/vnd vmbtauff.]

Pterna, πτερνα, Vocatur pars inferior navalis mali: circa mediã sentinam est, summa pars earchesium nominatur.

Pterux, Splenium apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

Ptisana, penultima correpta, f. p. [πτισανη. Gall. *Prisane, ou orge mondé.* Ital. *Sorgoli d'orzo, acqua cotta d'orzo.* German. Ein gerstentranck. Hispan. *Ordiate, à cenada à frisada.* Polon. *Ptisana, tecquieonia kasze.* Vng. *Vbr arpa lenus?* Ang. *A potage made of barley meale.*] Hordeum decorticatum, vel hordei cremor, sive pultis genus ex farina hordeacea, in quo est maxima vis restaurandi vires, & nutriendi. De ptisana vide Plinium libro 18. cap. 7. & lib 22. cap. 25. Latini vocis hujus primam syllabam corripiũt, altero, (ex Græca voce) objecto. Martial. lib. 12: Frumentum, milium, ptisanamq; fabamq; solebas Vendere pragmaticus.

Ptisanarium, [πτισανωριον. Gall. *Vaisseau à tenir orge mondé.* Ital. *Vaso dicuocer acqua d'orzo, scuzza d'orzo.* German. Ein gefeßlein in dem man gersten kompfft oder tochet. Hispan. *Vaso del ordiate ò de cebada cocha.* Vngar. *Arpa leue fözö edeny.*] Pro vase in quo coquuntur, vel tundunt ptisana. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 3: Tu cessas? agedum sume hoc ptisanarium orizæ. Alii volunt ptisanarium orizæ esse orizam coctam, vel ptisanam ex oryza.

Prochodochium, chii, n. f. Locus ubi recipiũntur mendici, & inopes. [Germ. Ein Gaſtheberg/Bettlerberg.] πτωχος enim mendicus & inops dicitur. Vide Exegesi. Hegendorf. in Reipubl. C. de Cler. & Epise.

Prochotrophii, i, p. nultima prod. [πτωχοτροφια. Gall. *Hospitaux.* Ital. *Spedali.* German. Ein Spital/ein ort an welchem man die Armen erneehret. Hispan. *Hospedales.* Polon. *Spitale.* Vngar. *Isspitaly.* Ang. *A spettel house.*] Diversoria, sive domus in quibus mendici nutriuntur. πτωχος enim Græci mendicum dicunt, & τροφω, nutrio.

Pryas, f. t. [πρυας. Ger. Ein art der giefftigen Schlangen *Aspis* genañt/welche den Menschen mit gifft anspeyet.] Aspidis genus colore inviridi, cinereoq; sed in aurũ tendẽte, quo Cleopatra sibi mortem creditur conscivisse. Dicta Pryas, ὁτι πρυει, hoc est, à spuendo, eò quòd sputum habeat maximè lethale, quod in hominum oculos exputit. Vide de hoc Plin. lib. 28. cap. 7.

Pryx, πρυξ, Avis rapax, quam alii hybridem vocant, noctu volans. Venatur more aquilæ. Pugnat etiam cum aquila acriter, ita ut sæpè ambæ implexæ deferantur in terram, & vivæ à pastoribus capiantur.

P ante V.

PV In notis antiquorum pupilla. PVB. Publicus.

Pubes, f. t. Proprie lanugo quæ maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. [πυη. Gall. *Le poil qui vient es parties honteuses, l'an de quatorze ans aux masles, & douze aux femelles.* Ital. *Peli o lanugine che viene alle parti vergognose, à maschi d'anni quattordici, & à femine di dodeci.* German. Die schamhaar des Menschen. Hispan. *La mancebia.* Polon. *Włosy naturalne pod zywotami.* Vngar. *Zömörök tele mellet vala mohoznak.* Ang. *Heare springing in the priuie partes of man or woman about 14 yeares of age.*] Quod quia maturitatis est signum, factum est ut mas pubes, sive puber vocetur, quum primùm ad generãdum aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. Cicer. pro Rabirio: Nemo pubes tum fuit quin arma ceperit. Salustius: Puberes omnes interfici jubet. Cæsar 5. bell. Gal. Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati convenire coguntur. Cicero 1. Officiorum: Nollio quidem more cum parentibus pueberes filii, cum soceris generi non lavantur. A quo Impubes, bis, vel impuberis, qui nondum lanuginem emisit, sive qui nondum ad pubertatis annos pervenit. ἀνηβος, ἀγενειος. Pubes etiam honestè pro parte pudenda ponitur. Virgil 5. Aen. Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo Pube tenus. Inde Os pubis medici vocant ostium ipsum muliebris pudendi, quod pube ambitur. ¶ Interdum Pubes, collectivum nomen est, ejusdem ferè significationis cum nomine Iuventus. [Gall. *La ieunesse, compagnie de ieunes hommes.* Ital. *Compagnia de giouani.* German. Die jugent oder junge Werck. Hisp. *Los mancebos.* Pol. *Młodzi.* Ang. *A multitude of yonge folkes.*] Virgil. lib. 1. Aeneid. Haud aliter puppesque tuæ, pubesque tuorum. Livius lib. 1: Quum pubem Albanam in arcem, præsidio armisque obtinendam advocasset. Cic. pro Milone: Ea poterat, cui Senatus omnem Italiæ pubem commiserat. ¶ Transfertur etiam ad alia. Virg. lib. 12. Aen. Puberibus caulem foliisque fuit, ut inquit Servius, adultis. Et lib. 4. Aen. Pubentes herbæ. ¶ Est autem pubes pro lanugine, pro parte pudenda, & pro multitudine, substantivum, & facit genitivum pubis. At impubes, bis, pro eo qui adhuc investis est, adjectivũ est. Vnde Impubis fuit, apud Virgilium. Et apud Horatium in Epod. Impube corpus. Ovid. lib. 3. Meram. Impubes genis.

Pubẽo, bes, n. f. Pubes fum. [πυαω. Gall. *Estre en fleur d'aage, de douze à quinze ans, commencer à avoir barbe.* Ital. *Essere giovane, cominciar à mandar fuori gli primi peli.* Ger. Das schamhaar haben/gebartet seyn. His. *Comenczar à barbar, ser en edad de pubertad.* Pol. *Pierszym wiekiem obrastam.* Vng. *Ki malaszom.* Ang. *To be in the flowre of this age to beginne to haue a bearde.*] Propriè de adolescentulis dicitur qui primam circa pudenda lanuginem emiserunt: quanvis etiam ad alia transferatur: ut pubentes herbæ, apud Virgil. 4. Aeneid. Vbi Servius: Pubentes, quia aliæ siccæ, aliæ viridiores leguntur. Et sciendum inter homines & herbas esse reciprocam translationem. Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum florem ætatis. Idem 3. Georg. Pubentesque secant herbas. Vbi rursus Servius: Pubentes adultas, maturiores, quibus robur acquiritur.

Pubẽsco, scis, n. t. Lanuginem emitto. [πυασκω. Gall. *Commencer à avoir barbe, venir à l'aage de quatorze ans.* Ital. *Cominciare ad haver barba, à diventar huomo.* German. Anfahen gebartet werden/mannbar werden. Hisp. *Comenzar à barbar.* Polon. *Włosy pocznam puszczać.* Vngar. *Zakallom mohoznk.* Angl. *To beginne to haue a bearde, to come to fourteene yeares of age.*] Virgilius 3. Aeneidos: Et nunc æquali tecum pubesceret ævo. Cicero 1. Officiorum: Nanque Herculem Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem, quum primùm pubesceret (quod tempus à natura ad

tura ad deligendum quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) esse in solitudinem, atque sibi sedentem diu secum, multumque dubitasse, quum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset. ¶ Interdum Pubescere ponitur pro crescere, sive maturitatem adsequi, Cic. lib. 1 de Nat. deor. Nam & fruges & reliqua, quæ terra parit, & tempestates, ac temporum varietates, cœlique mutationes, quibus omnia quæ terra gignat maturata pubescant. Virgil lib. 2 Georg. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu: id est, exuberat.

Pūbĕrtās, ātis, f. t. Ætas in pueris, puellisve qua pudenda prima lanugine obducitur: qui est in maribus annus decimusquartus, in fœminis duodecimus. [חלמים *halomim*. ἥβη εἶα, τὸ ἄν. Gall. *L'aage de quatorze ans és masles, & de douze és femelles, inspires à dessous*. Ital. *Età d' anni dicisette*. Germ. Das erst mannber vnd bartbringend alter/ an Knaben vmbdas vierzehende jar/ an Meydtinen vmb das zwölffte. Hispan. *Edad de los mancebos*. Pol. Wzrost wmł odzyn, gdy pierwsze obrastaią. Vngar. *Kemohoz vdőig vtsag*. Ang. *The age of 14 yeares in men and in women 12 vntill 18 yeares*.] ¶ Item Pubertas est emissio ipsa pubis, à quo anni pubertatis dicti sunt. Cic. 2. de Nat. deor: Ut siquis dentes, & pubertatem naturâ dicat existere. Pubertas autem plena annos octodecim cōplectitur. Modest. de Adop. l. Arrogatio. Non tantùm, *inquit*, quum quis adoptat sed & quum arrogat, major esse debet eo quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit: sed utique plena pubertate esse, octodecim annis eum præcedere debet. Budæus. Vvæ pubertas. Plin. in Proœm. lib. 23: Omphacium qua fieret ratione incipientis uvæ pubertate, in unguentorum loco docuimus.

Pūblĭcus, publica, publicum, Quod non est privati alicujus, sed totius populi, commune, quasi populicum. [δημόσιος. Gal. *Public, commun*. Ital. *Publico, commune*. Germ. Gemein. Hisp. *Publico, comunum de muchos*. Pol. Obszczy. Vng. Közsèges, országy, közhasznu. Ang. *Publick, commune*.] Plaut. in Rud. Illic ubi via condormisce, nemo prohibet, publicum est. Cic. 1. de Invent. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat. Sic loca publica urbis, apud eundē contra Rullum. Publica fides, est quā vulgus Gallicū *salvum conductum* appellat. Salust. in Iugur. Comes ejus qui Romā fide publica venerat. ¶ Publica vectigalia, intelligere debemus ea ex quibus vectigal fiscus capit vel ærarium. δημόσια, τέλη. quale est vectigal portus, vel venalium rerū, & piscinarū, & metallorū. Vlp. de Verb. signif. l. Inter publica. Publica judicia, nō omnia sunt in quibus crimen vertitur, sed ea tantùm quæ ex legibus judiciorū publicorum vertūtur. δημόσια ἀγόμενα, ut Iulia majestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de siccariis, & veneficiis, Pompeia de parricidiis, Cornelia de testamentis. ¶ Publica verba dicuntur quæ in communi sunt consuetudine, & usu. δημόσια ῥήματα. Seneca: Magnam ex epistola tua percepi voluptatem. Permitte enim mihi uti verbis publicis, nec illa ad significationē Stoicam revoca. Cic. 1. Acad. Dialecticorū verò verba nulla sunt publica, suis utuntur. Ovid. 3. de Arte: Munda, sed è medio, consuetaq; verba puellæ Scribite, sermonis publica verba placēt. ¶ Publicū consiliū, dictus est Senatus. δημόσιαι βουλαί. Cic. lib. de Orat. Pericles Athenis plurimos annos princeps consilii publici fuit.

Pūblĭcum, substantivè, n. l. pro conspectu publico. Hinc dicimus Carere publico, pro eo quod est non prodire in publicū. Cic. pro Milo. Caruit deinde foro Pompeius, caruit publico. Idem in Verr. In publico esse nō audet, inclusit se domi. Liv. de pace Caudina loquens: Ut postero die, ac sequentibus duobus nemo forum ac publicum aspicere vellet. ¶ Publica plurali dicuntur pro vectigalibus & reditibus populi, unde & publicani dicti qui ea à populo redimebant. Cicer. ad Qu. Frat. Hic te ita versari, ut & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemptis, ac socios perire non sinas, divinæ cujusdam virtutis esse videtur id est, tuæ.

Pūblĭco, as, act. p. Publicum facio, manifesto. [הודיע *hodhiah* השמיע *hischmiah* גלה *ghillah*. Συκοφαντῶ. Gall. *Publier, manifester, divulguer*. Ital. *Publicare, manifestare*. Ger. Gemain machen/ ausbringen/ jederman offenbaren. Belg. Gemeyn maken. Hispan. *Publicar, divulgar*. Polon. Obiawiam. Vng. Közhasznyossà tészőm ki kinek dicsőségét. Ang. *To publish, to manifest*.] Iustinus lib. 1. Non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret. ¶ Publicare ponitur pro in populi potestatem & ærarium redigere, quod vulgo vocāt *confiscare*. [δημόσιον. Gall. *Confisquer* Ital. *Confiscare*. Ger. Dem gemeinen Gut heimstellen/ in gemainen Seckel ziehen. Hispan. *Confisquar los bienes*. Pol. Dobra czyie zabieram na pana. Vn. *Tar hazha bè sailom* Ang. *To confiscat goodes to the vse of the commune weil*.] Cic. 2. de Invēt. Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum invitis nautis, Rhodiorum in portum navim eo ēgit. Quæstor navim populi vocat: navis dominus negat oportere publicari. ¶ Publicare librum aliquem, est edere in publicum. *ἐκδίδωμι*.

Mercetrix quoque se publicare dicitur, quæ se publicè prostituit, nulli mercedem offerenti, sui copiam denegans. Plaut. in Bacch. Tum illam quæ corpus publicavit vulgo suum: id est, sui copiam palam fecit.

Pūblĭcātio, onis, verbale, f. t. Bonorum alicujus in publicum redactio. [δήμευσις Gall. *Confiscation*. Ital. *Confiscatione*. Germ. Einziehung in gemeinen Seckel/ gemein machung. Hispan. *Confiscacion de bienes*. Pol. Dobor confiscowanie. Vng. *Tar haszna vétl ki szedes*. An. *A publishing or confiscation*.] Cic. in Catil. Adjungit etiam publicationem bonorum.

Pūblĭcānus, ni, m. f. Qui vectigalia, & alios populi principum reditus exigendos, certo cōstituto pretio redimit, hodie Datarium appellant. [τελῶναι, τελωνοδόκος, ὁ τελώνης. Gal. *Vn fermier publique, peager*. Ital. *Datiere, qui mange via il danaro publico*. Germ. Der sich vber andere Zinßleuthen eines Fürsten oder Gemeind an sich kaufft. Belg. Een tollenaer. Hisp. *El almoxarife, ò arrendador que coge y recibe la renta de la communidad ò del principe*. Pol. Celnik. Vngar. Adot, Ang. *A taker or gatherer of tributes*.] Horum ordinem Romæ & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat, quippe cùm omnes Romani equites in hac re essent occupati. Cic. pro Planco: Flos equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reip. publicanorum ordine continetur. Vlpianus de Publ. & vectig. 1: Publicani sunt qui publico fruuntur: nam inde nomen habent. Itemque qui aliquid fisco conducunt, rectè vocātur publicani. Cic. ad Qu. Frat. lib. 1: Non esse autem leniores in exigendo vectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest, quòd, &c. Ibidem: Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt. Mulier publicana. Cic. 5. Verr. Muliercula publicana exiluit ex decumis nimium lucri date.

Pūblĭcē, & Publicitus, adverbia à publicus nomine derivata idemque significant quod vulgò, seu palàm. [δημοσία. Gall. *Publiquement*. Ital. & Hisp. *Publicamente*. Ger. Offentlich/ in Gemain. Belg. Openbaer. Pol. Obszpie. Vng. Közönségesen. Ang. *Publickely*.] Cic. 5. Verr. Itaq; quū Plautus Herbitensis, homo disertus & prudens & domi nobilis, de calamitate rerum, & de fuga, & de reliquorū paucitate publicè diceret. Terent. in Adelph. Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè. Id est, non facilè aliquid detrimenti ab hoc capiet Respublica. Cic. pro Rosc. Amer. Ascribus cibaria publicè locant: id est, palàm, coramq; omnibus qui interesse voluerint, condulunt asseres alendos addicere. ¶ Publicè dare sumptus alicui, est illi sumptus suppeditare ex ærario. ¶ Publicè aliquē deportare: hoc est, ex decreto publico. Terent. in Phorm. Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? Ubi Donatus: Publicitus, publica cura & consilio. Plaut. Amph. Hunc publicitus accipite: id est, carcere publico.

Pūblĭcŏla, æ, c. Qui populū colit & observat. ὁ τῷ δήμῳ χαριζόμενος. Plutarcho, quo cognomine dictus est P. Valerius, quum à Tarquinii Collatini suffectus est Consul. Melius Popicola.

Pūblĭcŭlus, a, um, ὑποδιπλ. ut, Iter publicum. Ovid. 5. Fast. Via nunc iter est, publicumq; vocant. Publicii ædiles. Idem: Plebis ad Ædiles perducta licentia talis Publicios.

Pūdĕo, puduit, vel pudorem est, pudere verbum est impersonale: Erubescere, sive pudore affici. [בוש *bûsh* חפר *châphar* כלם *châlam*. Gall. *Avoir honte & vergongne*. Ital. *Vergognarsi*. Germ. Sich schämen. Belg. Schamen. Hisp. *Hauer vergonça, y temerse*. Pol. *Wstid sie*. Vng. *Szegyenlem*. Ang. *To have shame*.] Sibi libet ferè accusativum cum genitivo. Cic. 2. Verr. Sunt homines quos infamiæ suæ neq; pudeat, neq; taedeat. Cicero pro Domo sua: Me non solùm piget stultitiæ meæ, verumetiam pudet. ¶ Differt autem Pudere à pigere: quòd pudor, verecundiæ sit propior, pœnitentiæ. Salust. in Iugurth. Nam pudet quæ fecerit, incertum habeo pudeat, an pigeat magis. Deinde: Pudere est in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum damno ac malo. Pudere, ad dedecus: pigere ad dolorem refertur. Terent. in Adelph. Patrie me quidem pudet, pigetque, si venitur aliquando personaliter positum cum nomine vocārum id non aliter quàm in tertiis personis. Lucanus: Semper metuet, quem sæva pudebunt. ¶ Composita ejus sunt Dispudet, Dispudet, & Suppudet, de quibus suis locis.

Pūdēns, tis, ons. t. Verecundus. [בושן *bôshn* בלום *châlûm* שתיין *shathîn*. Gall. *Honteux, qui a honte*. Ital. *Vergognoso non sfacciato, huomo*. Germ. Schämig oder schambafft. Hispan. *Colerico vergonçoso, verguenceso*. Polon. Wstydzący. Vngar. *Szemerkes*. Ang. *Bashfull*.] Cic. 5. Verr. Merelli est filius in provincia, non publicè adolescens bonus, ac pudens. Terent. in Heaut. Animo ingenuo pudentis signum, & non inliberalis. Cicer. pro Flacco: Pudentissimus, atque optimus vir. Idem 5. Verr. Pudentissima, lectissimaque fœmina. Cujus contrarium est impudens, de quo ejus suo loco. ἀναίσχυντος.

Pūdēnter, adverbium, Verecundè. [αἰδημόνως. Gall. *Avec honte & honnestité, d' vne contenance honteuse*. Ital. *Con vergogna & modestia*. Germ.

Pulpĭtum,n.s. Locus editior in orchestra, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quoad Comœdiæ chorum habuerunt, cæteriq; personam non habentes, fabulæ subserviebant, histrionibusq; in scenam abditis, populum gesticulatione retinebant. [προσκήνιον, λογεῖον. Gall. *Pulpitre ou chaire.* Ital. *Pulpito.* German. Das höltzer oder unter theil einer Bühne/ auff deren man im Schawspil battet. Hisp. *El pulpito, o predicatorio.* Pol. *Pulpest.* Vng. *Predikalo szek magas karosszek.* Ang. *A pulpit.*] Plin. Epist. 90: Indecora ludibria, scenā & pulpito digna. ¶ Ponitur etiam pro suggesto: id est, quocunque edito loco sive cathedra: cujusmodi sunt ex quibus docent disciplinarum professores, aut qui concionem habent ad populum. Sueton. de claris Grammaticis: Repeto quendam principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis manè dissertare, post meridiem remoto pulpito declamare solitum.

Pŭls,tis,f.t. Cibi antiquissimi genus, ex farina & aqua cōstans, additis interdum ovis, melle, vel caseo. [πολῖτης, πόλτος, ἄλφιτα. Gall. *Une sorte de viande de quoy usoyent les anciens en lieu de pain, faite de farine, eau, miel ou fromage, & autfi.* Ital. *Polenta con farina & aqua condita con mele à formaggio.* Germ. Ein Muß / vorzeiten ward diese gattung auß wasser vnnd mēl mit eyern/honig/ ꝛc. angemacht. Belg. Papye. Hispan. *Las puches ò poleadas.* Polon. *Kaszą,* item *brya.* Vngar. *Pep, domikatusres etrk.* Ang. *Potage gruell.*] Actius πόλτος: hoc est, pultem appellari ait forbitionem omnem confectam ex cerealibus granis in succū resolutis. Plin.lib.18.cap.8:Pultem autem non pane longo tempore vixisse Romanos manifestū est: quoniam inde pulmentaria hodieq; dicuntur. Porrò quod ad vocis hujus etymon attinet, quidam à sono dictum existimant, quem edit dum coquitur. Festus tamen videtur innuere à pullis pultem appellari, quòd pullarii, ut tripudium solistimum facerent, hoc potissimùm cibi genere pullos pascerent. Verba Festi sunt hæc: Puls potissimùm dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere quod tripudium faceret: id est, terripavium. Pavire enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant, si pulli per quos auspicabantur, comedissent, præsertim si eis edentibus, aliquid ex ore decidisset: sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere. Hæcille. πόλτος autem Græci recentiores imitatione Romanorū videntur appellasse, quum à vetustioribus πολῖτης vocaretur.

Pŭltĭcŭla,æ, diminutivum à pulte. πολτάριον. Col.lib.8 cap.11: Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. Plin. libr. 26. cap.8.de polypodio loquens: Coquitur in pulticula ad alvum vel in febri leniter solvendam.

Pŭltārius,tii, Vasculum culinarium, in quo puls decoquebatur. [χυτρίδιον, ἀθηναῖον. Gall. *Vaisseau ou on cuisoit telle viande.* Ital. *Vaso da cuocervi la polenta.* German. Ein Mußhafen / ein geschirr/in dem man Muß kochet. Hisp. *El polchero ò olla para cozer puches.* Pol. *Garniecz do warzenia kaszy albo bryc.* Vng. *Pep fözö fazek.* Ang. *A vessell to seeth gruell in.*] Corn. Celsus: Si cætera defecerint, calyculus aut pultarius oris compressioris ei rei commodè aptatur. Plin.lib.7.cap.53: Edita cœna calidam potionem in pultario poposcit. Colum. lib. 12. cap. 43: Sed uvæ dependentes à matre sic in pultarios condi debebunt, ne quæ partes vasa contingant.

Pulso, Pulsus, Pulto, Vide PELLO.

Pulvīnar, pen. prod. n. t. Est quod capiti dormituri subjicimus: dictum quasi pluvinar, quòd ex plumis soleat confici. [כסת kĕsĕth. τὸ ἀνάκλιτον. Gall. *Un oreiller.* Ital. *Guanciale cossino.* Ger. Ein Hauptküssin. Belg. Een hooft puw. Hisp. *Almohada de estrado.* Pol. *Podusżka.* Vngar. *Vankos gyeruafinaly.* Ang. *A pillow or a cushin.*] Vtebantur autem pulvinaribus potissimùm

lautissimi quiq;, præsertim in lecto conjugali. Quo factum est ut pulvinar figuratè pro ejusmodi toris accipiatur. Iuven. Sat. 6: fumoque lucernæ Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem Ovid.lib.2.de Pont.Eleg.2: Incolumis conjunx sua pulvinaria servat. ¶ Distinguit autem Placides in Glossis inter Pulvinum & Pulvinar:pulvinus,*vnguis*,est privati hominis cervical, vel culcitral. Pulvinar verò ac pulvinaria principum sunt vel regum: id est,lectisternia. ¶ Sedentibus quoque, & rei alicui innitentibus pulvinaria subjici solēt. Ovid.lib.1.de Arte: -fuit utile multis Pulvinar facili composuisse manu. Loquitur autē de iis officiis quę in Circo spectantibus mulieribus ab amatoribus præstari cōsueverant. ¶ Pulvinaria item in templis dicebantur lectali diis dicati,in quibus illorum simulacra solebant reclinari,atque in hac significatione semper Cicero utitur. Cic. pro Domo sua:Ea aram: & ædiculam, & pulvinar sub saxo sacro dedicavit. Ovid. 14. Meram. -& pulvinaribus altis Dignior est. Sternebantur autem hi lectuli quoties decreta erat supplicationunde & lectisternium nuncupabatur; sicut docet Augustinus lib.3.Civit. Livius: Curatum lectisternium, & per triduū habitum Decemvirīs sacrorum curantibus, & pulvinaria in conspectu fuēre Iovi & Iunoni: alterum Neptuno & Minervæ: tertium Marti & Veneri: quartum Apollini & Dianæ: quintū Vulcano ac Vestæ: sextum Mercurio & Cereri. ¶ Abusivè aliquando pulvinaria pro templis ipsis dicuntur: inde apud Liv. legitur ad omnia pulvinaria sacrificatum fuisse. Cic. in Catil. Quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum conjugibus ac liberis vestris.

Pulvīnar,ăris,n.s.Pulvinar:quod scilicet capiti substerni, aut sessuro subjici solet. ¶ Item lectus qui in templis sterni consuevit. Liv.1. bell. Punici: Et corvum in ædem Iunonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse.

Pulvīnŭs,ni,pen.prod.m.s. Pulvinar:hoc est,quo dormientium capita fulciuntur: à Plumis quibus farcitur, nomen habens, quasi pluminus. [כסת *chesith.* κεφαλικὸν πλήκτρον. Gall. *Vn coussin ou oreiller.* Ital. *Guanciale.* Germ. Ein hauptkussin/küssen. Belg. Een cussen. Hisp. *Almohada de estrado.* Pol. *Wezgłowie, podusiczka.* Vng. *Vankos parna fenaly.* Ang. *A pillow or a cushion.*] Cicero in Ver. act. 7: Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitensi rosa factus. Apuleius: Quatuor Eunuchi confestim pulvinis compluribus, vento tumentibus, pluma delicata, terrestrem nobis cubitum peribruunt. ¶ Pulvinus item dicuntur qui sellis, scamnisve imponuntur quo mollior sit sessio, plumis, lana, vel tormento facti. Cic.Trebatio: Sella tibi est in ludo:eam pulvinus sequetur. Idē de Orat. Tum Crassus pulvinos poposcisse,& omnes in iis sedibus quæ erant sub platano,consedisse dicebat. Iuvenal.Sat. 3: -excat, inquit, Si pudor est, & de pulvino surgat Equestri. Cujus res legi nō sufficit, & sedeant hic Lucunum pueri quocunque in formice nati. ¶ Pulvinus, item in hortis dicitur terra eminens, seu protuberans inter duos sulcos: quod genus in agris à porrigēdo,porcam appellant. Plin.lib.19.cap.14: Areis distingui, easque resupinis pulvinorum toris ambiri singulis tramitum sulcis qua datur accessus homini,scatebrisq; decursus. Colum.lib. 11.cap. 3:Vlpicum habet velut allium, plures cohærentes spicas:hæque quum sint divisæ, liratim seri debebunt,ut in pulvinis positæ, minùs infestentur hyemis aquis.

Pulvīnārĭus,ia, tum, Quod est ad similitudinem pulvini,eminus, & protuberans. [κεφαλοειδὴς. Gall. *Fait en facon d'oreiller, mol comme plume.* Ital. *Fatto à figura di guanciale.* Germ. Das hauchtecht ig vnnd kuffgebiasen ist wie ein küssen. Hisp. *Cosa mollida à de estrado,à echa en manera de almohada.* Pol. *Nadety.* Vng. *Fenaly, parna formaiara valo.* Ang. *Made like a pillow or cushion.*] Plin. libr. 15.cap. 22.de jugiandibus loquens: Nec non & honos his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento pulvinati primùm calycis,mox ligneī putaminis. Idem lib. 17.cap.22: Clivosa loca altiores poscunt scrobes, præterea pulvinatis à devexitate labris.

Pulvīnŭlus, li, diminutivum à pulvinus,varia habens significata,quemadmodum suum primitivum. [κεφαλειδὲς πλήκτρον. Gall. *Petit oreiller,petit dauet.* Ital. *Piumaccetto.* Ger. Ein küssetin. Hisp. *Pequeña almohada.* Polon. *Wezgłowie podusiczka.* Vngar. *Femalyotska parnatzka.* Ang. *A little pillow or cushion.*] Nam modò id significat quo dormientium capita fulciuntur: modò id quod scamnis, sellisve imponitur quò commodior sit sessio. ¶ Nonnunquam etiam pro areola in hortis in medio duorum sulcorum eminente.In qua significatione usus est Col.lib.de Arboribus,cap.10:Sed quæcunq; in clivis erunt positæ,ita ablaqueandæ sunt, ut à superiore parte secundum codicem lacusculi fiant,ab inferiori autem pulvinuli altiores excitentur.

Pulvillus, li, aliud diminutivum, m. s. ut Serici pulvilli, serico panno obducti. [τὸ κεφαλειδὲς πλήκτρον, τὸ ἐρυθρὸν ὑπόστρωμα, ἐπιχρίσματα ἐρυθρὰ. Gall. *Petit oreiller.* Ital. *Picciol guanciale.* Ger. Ein küssetin. Hisp. *Pequeña almohada.* Pol. *Podusiczka.* Vng. *Piczinyuk fenalyotska,parnatzka.* Ang. *A little pillow or cushion.*] Horat. Epod. 8:

Quid quod libelli Stoici inter sericos lacēre pulvillos amant.

Pulvis, ĕris, hujus pulveris, tàm masculini quàm fœminini generis,Terra minuta & arida. [אבק *abak.* עפר *hephár.* κονιορτός. Gall. *Poudre.* Ital. *Polvere.* Germ. Staub. Belg. Stof pouer. Hisp. *Polvo.* Polon. *Proch.* Vng. *Por.* Ang. *Dust, powder.*] Propert.libr. 2. Eleg. 11: Sit mihi perpetuò pulvis Hetrusca domus. Virg.lib.4.Georg. -ceu pulvere ab alto,Quum venit, & densum sicco spuit ore viator Aridus.Idem 1.Georg. Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas Agricolæ, hyberno lætissima pulvere farra,Lætus ager. Quintilian. lib. 5.cap.6: Sed ner ornatiter pulverem movet.Dicitur autem pulvis (ut quidam existimant)à pellendo,quòd ventorum impetu pellatur. ¶ Accipitur aliquando pro loco certaminis,*vnguis.* Cicero 3 de Legib. Doctrinam ex umbraculis eruditorum, atque,non modò in solem atque pulverem,sed in ipsum discrimen aciemque produxit.Virgil.7.Aeneid. Ante urbem pueri, & primævo flore juventus Exercentur equis, domitantque in pulvere currus.¶ In suo pulvere currere:id est, ea in re versari in qua quis plurimū valeat. Ovid. in Fast. Inque suo noster pulvere curat equos. ¶ Citra pulverem cōtingere dicitur, quo quis facilè,& cito negotium potitur: quæ translatio sumpta est à palæstrita, qui certamen initurī se mutuo pulvere solebant aspergere, ut corpora ceromate, & sudore lubrica, mutuas prehensiones nec frustrarentur, *vnguis.* Gellius libro 5: Ovandi, *vnguis*, causa est, quum deditione repentè facta,sine pulvere (ut dici solet) incruentaque victoria obvenit. ¶ Apud antiquos etiam pulvis dicebatur. Sed ab eo quod est pulvis, genitivus erat pulvis ut apud Catullum in Epithalamio Iuliæ: Ille pulvis Erythæi Siderumque micantium Subducat numerum prius.Pulvere verò, pulveris. Verùm hodie tantùm in usu est pulvis in recto, pulveris in obliquis.

Pulvĕrĕus,a,um,& pulverulentus,a,um.de quibus infrà.

Pulvĭscŭlus,li,diminutivum à pulvis: [τὸ κονιορτὸς μικρὸν ἐστιν. Gall. *Poudrette.* Ital. *Polverino.* German. Ein staubin. Hispan. *Pequeno polvo.* Pol. *Proszek.* Vng. *Porotska.* Ang. *Small dust or fine powder.*] quod quamvis generaliter pro omni fumatur pulvere, propriè tamen de eo dicitur quo mulieres utuntur, ut vel cutis colorem commendent, vel densiorem candorem inducant:quo & cinis dicitur:à quo aliam emovet, Immundi epitheto fecevit Virgilius primo Georgic. Et cinerem immundum latos jactare per agros. Apuleius: Mīsi,unctūsti,mundicias dentium,Nitelas oris,ex Arabicis fugibus Tenuem,candificum , nobilem pulvisculum, Complanatum rumidulæ gingivulæ, Converritorem pridianæ reliquiæ, Nequa visatur terra labes sordium Restitutis forte labellis oris. ¶ Cum pulvisculo aliquid converri dicimus,quotiēs omnia sic tolluntur, ut nihil sit reliqui,ne pulvis quidem. Plautus Rudens. Converret jam hic me totum cum pulvisculo.

Pulvĕrĕus,a,um, Quod ex pulvere est: [κονιορτώδης. Gall. *Poudreux, de poudre.* Ital. *Di polvere.* German. Das auf staub ist. Hisp. *Cosa de polvo.* Pol. *Prochowy.* Vng. *Porobol valo.* Ang. *Of dust.*] ut nubes pulverea: id est, ex pulvere moto excitata. Virgilius Aeneidos: Stant pavidæ in muris matres, oculisque sequuntur Pulveream nubem. ¶ Nonnunquam idem quod pulverulentus:hoc est,pulvere plenus. *vnguis.* Ovid 7 Metam. Pulvereamque trahens per summa cacumina pallam, Vmbram. Æquor pulvereum, pro arena in qua pugnatur. Stat. 11. Theb. Iamque in pulvereum, furiis hortantibus, æquor Prosiliunt.

Pulvĕrŭlentus,a,um. Pulvere plenus. [κονιορτώδης. Gal. *Poudreux.* Ital. *Polveroso.* German. Voll staub/staubig. Hisp. *Lleno de polvo.* Polon. *Pełni prochu.* Vngar. *Poros.* Ang. *Dusty or full of dust.*] Cicero ad Atticum libro 5: Nunc iter conficiebamus arduum & pulverulenta via. Virgilius 12. Aeneidos: -vestigat vestigia Pulverulenta fuga Rutuli daneterga per agros. Martialis 5: Est illic conjunx, quæ te manibusque sinuque Excipit, nullā pulverulentus cas. Varr.lib.3. de Re rust. cap.18: Minus valetum signa,si sunt pilosæ & horridæ,aut pulverulentæ, ubi spicii eas urgeat tempus.

Pulvĕro,as,act.p. Occēo, glebas majores comminuo, & in pulverem resolvo. [διλικμάω. Gall. *Pulueriser, poudrer, mettre en poudre.* Ital. *Ridurre in polvere, impolverare.* German. Zu staub machen/in pulver zerbrechen. Hispan. *Hazer polvo, empolvorar.* Polon. *Zaprawiam roli.* Vngar. *Porrasnak gyurnak.* Ang. *To lay over with dust, or to dissolue into dust.*] Colum. libro 11.cap. 2: Priusquam vineæ pulverentur, si perraræ vel rara ipsa vitis, lupini modii tres, vel quatuor in singula gera sparguntur. ¶ Pulverat, Plautus dixit pro pulverat fit.ait enim: Ex. 2 Dave,age, sparge, mundum esse hoc oportet bulum volo: Venus ventura est nostra,nolo hic pulverem

Pulvĕrārĭus, s. t. Est genus culturæ (ut inquit Servius in secundum Georgicōn.) quo imminutæ glebæ sicubi ipsa cantur. [ἐξ ἀμφοτέρων. Gall. *Pulverisation, l'action de mettre en poudre.* Ital. *Vso pulverizare.* German. Das zu staubmachen

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ſtreichung der erdſchollen zu pulver. Hiſpan. *Obra de hazer poluo, y aparar.* Polon. *Rolei zaprawianie.* Vngar. *Keneréſ.* Ang. *Diſſolving into duſt, or breaking of clodes.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant ruſtici *ratationem*, quum omnis gleba in vineis refringitur, & reſolvitur in pulverem.

Pūmex, pumicis, m. 1. Lapis cavernoſus, aquis innatans, ad ſcabra lævigenda laudatiſſimus. [κίονγαρ. Gall. *Pierre ponce.* Ital. *Pomice, pomica, pietra pomica.* German. Bimsſtein. Belg. Bunſteen. Hiſpan. *La piedra eſponia.* Polon. *Kamien ſzarowaty.* Vngar. *Kenyérſzikalab moſokó.* Ang. *A pumish ſtone vſed to mak perchment ſmuth.*] Virgilius libro 12. Aeneidos: Incluſus ut quum latebroſo in pumice paſtor Veſtigavit apes, fumoque implevit amaro. Idem 5. Aeneidos: -& dulces latebroſo in pumice nidi. Idem 4. Georgic. Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta Perventum. Pumicibus cavis. Ovidius 8. Metamorph. Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis Structa ſubit, molli tellus erat humida muſco. Lævius pumice, pro molli, & effœminato. Iuvenalis Satyra 9: Nam res mortifera eſt inimicus pumice lævis. Ovid. lib. 3 Triſtium: Quod neque ſis credo flavus nec pumice lævis. Plinius libr. 36. cap. 21: Sed & ii pumices qui ſunt in uſu corporum lævigandorum fœminis, jam quidem & viris, teſte (ut ait Catullus) liberis, laudatiſſimi ſunt Melo, Scyro, Aeolis inſulis. Probatio eorum eſt in candore, ac minimo ponderе, & ut maximè ſpongioſi, atque aridi ſint, ac teri facilè nec in fricando arenoſi. A Græcis dicitur κίονγρις, à ſimilitudine vermiculi, qui κὶς dicitur, qui in tritico, hordeoque quũ reſtituerunt, naſcens, femina illà cuſpide ſua multis foraminibus ſolet terebrare. Vis ejus in medicina eſt extenuare, ſiccare & abſtergere. ¶ A pumice aquam quærere, à Plauto dictum, pro eo quod eſt fruſtrà ab alio petere, cujus ipſe à quo petas, maximè ſit indigens: nihil enim pumice lapide ſiccius, nihil ſiticuloſius. Plautus Perſa: Qua confidentia rogare tu à me tantum audes Argentum impudens? quin ſi egomet totus væneam, vix poteſt Recipi quod tu me rogas: nam tu aquam à pumice nunc poſtulas. ¶ Pumex etiam fœminino genere reperitur. Catullus ad Cornelium: Cui dono lepidum novum libellum Arida modò pumice expolitum.

Pūmicētus, a, um, Quod pumicis vel naturam, vel ſimilitudinẽ habet: hoc eſt, ſcatum & cavernoſum. [κιονγερώδης. Gall. *Qui reſſemble aux pierres ponces.* Ital. *Di picciola fori come la pietra pomica.* German. Das löcherechtig iſt wie ein Bimsſtein. Hiſp. *Coſa eſponioſa.* Polon. *Dziurkowaty.* Vngar. *Kenyérſzikalab moſokó lyukaſatos.* Ang. *Drie, holem, lyk a pumish ſtone.*] Plinius libro 17. cap. 1: Pumicoſa terra. Idem lib. 32. cap. 8: Quartum Pumicoſius, ſpongiæq; patri ſimile, penè purpureum. Pumicoſus locus pumicibus plenus.

Pūmicēus, adjectivum, Quod ex pumice eſt, vel quod aridũ eſt ad ſimilitudinem pumicis. [κιονγερώδης. Gall. *De pierre ponce, qui reſſemblant à pierre ponce.* Ital. *Di pomica.* Ger. Trocken wie ein Bimsſtein. Hiſp. *Coſa de eſponia.* Pol. *Suchi.* Vngar. *Kenyérſzikalabmoſoſo klikvalo.* Angl. *Of a pumish ſtone.*] Plaut. in Pſeud. Pumiceos oculos habeo, non quco lacrymas exorare.

Pūmico, as, pen. cor. act. 1. Pumice polio, lęvigo. [λειαίνω τῇ κιονγρίδι. Gall. *Poncer, nettoyer & polir auec pierre ponce.* Ital. *Polire liſciare.* Ger. Mit einem Bimsſtein aufreiben vnnd battieren/etwen. Hiſp. *Fúr, eſponar.* Polon. *Vgl'adzem.* Vngar. *Kenyérſzikalabmoſoſo kivalnarom.* Ang. *To poliſh with a pumish ſtone.*] Tibul. lib. 3. Eleg. 1: Pumicet, & canas tondeat antè comas.

Pūmicātus, a, um, Pumice politus. Mart. lib. 1: Mutare dominum non poteſt liber notus, Sed pumicata fronte ſi quis eſt nondum. Nec umbilicis cultus atq; membrana.

Pūmilio, onis, m. t. Proprie dicitur homo parvæ & humiliſſtaturæ, quem Græco vocabulo *nanum* appellamus. [חגב *ghamidh.* νάνος. Gall. *Nain ou naintre, de petite & baſſe ſtature.* Ital. *Nano, homo picciolo.* German. Ein Zwergin. Hiſpan. *Enano, hombre pequeno.* Polon. *Karlek.* Vngar. *Lyukiember.* Ang. *A dwarfe or very litle perſone.*] Gellius libro 19. cap. 13: Quos *pumiliones* dicimus, Græci νάνους appellant. Martialis libro 14: -quæ vincere nanò, Parma tibi, ſcutum pumilionis erit. ¶ Transfertur etiam ad aves, aliaque cujuſvis generis animalia humilis ſtaturæ. Colum. lib. 8. cap. 2: Pumiliones aves, niſi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum nimium probo.

Pūmilus, ſen. cor. νάνος. à Statio ponitur pro pumilione. lib. 1. Syl. Caſaræque vagis grues rapinis Mirantur pumilos ferociores. ¶ Legitur & Pumilo, onis, in eadem ſignificatione: ut ibidem apud Statium. Hic audax ſubit ordo pumilonũ. Quos natura brevi ſtatu peractu Nodoſum ſemel in globum ligavit. ¶ Item Pumilius, lii, apud Suetonium in Auguſto, eadem ſignificatione legitur cap. 83: Nam pumilios, & diſtortos, & omnes generis ejuſdem, ut ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat.

Pūnctus, m. ſ. & Punctum, n. ſ. Dicitur minima individuaque lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem. [נקדה *nekuddah.* ἄτομος, στιγμή. Gall. *Vn poinct.* Ital. *Punto.* Germ. Ein punct oder tupffin. Hiſp. *Punčto en la geometria.* Polon. *Punkcyik.* Vngar. *Pont.* Angl. *A poynt, a prick.*] Seneca: Punctum, & adhuc puncto minus, mundi quod incolimus. Plin. lib. 2. cap. 68: Non aliud eſt terra univerſa quàm mundi punctus. Tradunt Geometræ, punctum eſſe corpus individuum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehenſibilem brevitatem ſui, in partes dividi non poſſe. Hoc protractum lineam efficitrid eſt, corpus unius dimenſionis. Longum enim eſt ſine lato, & duobus punctis ex utraque parte ſolam longitudinem terminantibus continetur. Hanc lineam ſi geminamus, alterum corpus efficitur, quòd duabus dimenſionibus extruitur. ex longo, latoque, ſed alto caret. Punctis autem quatuor continetur, per ſingulas ſcilicet lineas binis, & hoc Græci ἐπιπέδον, noſtri *planum*, ſive *ſuperficiem* vocant. ¶ Quandoque tamen punctum ſumitur pro tempore vel horæ momento. ἄτομον. Cicero Cæcinnę, lib. 6: Itaque ne punctum quidem temporis in ipſa fortuna fuiſſes. Idem pro Cluentio: Neque poſtea Latini punctum eſt temporis commoratus. Cæſar libro 2. belli Civilis: Ita multorum menſium labor, hoſtium perfidia & vi tempeſtatis, puncto temporis interlit. εἰς ἄτομον. ¶ Puncta item pro calculis ſive ſuffragiis accipiuntur. Græci vocant ψηφους. Cicero pro Planc. Nam quòd queſtus ex plures teſtes te habere, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. Horatius in Arte: Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci: hoc eſt, ſolus ſuffragia judicum tulit, qui & utile, & dulce ſcripſit, quoniam profeſſet & delectater. ¶ In ſcriptura item puncta dicuntur quibus clauſulæ interpunguntur: hoc eſt, diſtinguuntur.

Pūnctim, adverbium, Pungendo. [κατὰ ψεκασμόν. Gall. *De poinct, d'eſtoc, en picquant, en poignant.* Ital. *De punta, da eſtocata.* German. Mit ſtächen oder ſtupffen. Hiſpan. *Hiriendo à eſtocadas.* Pol. *Pchaiąc kolącą.* Vng. *Tőrőnt, nyomua gyakua.* Ang. *Pointing.*] ſicut cæſim, cædendo. κατὰ κοπήν. Livius quinto belli Punici: Hiſpano punctim magis quàm cæſim, aſſueto petere hoſtem. ¶ Cæſim & punctim aliquem petere, proverbii ſpeciem habet pro eo quod eſt totis viribus, omnique conatu aliquem aggredi, tranſlatione ſumpta à gladiatoribus, qui modò cuſpidem intentantes, modò ictum deſuper, modò à latere inferentes, inadverſarii necem incumbunt.

Pūngo, gis, pupugi, vel punxi, punctum, Cuſpide vel aculeo ictũ infero. [הטריש *hitpherish.* τύπτω, κόπτω. Gall. *Poindre, piquer.* Ital. *Pungere.* German. Stächen/ein ſtich geben/ſtupffen. Belg. Steeken. Hiſpan. *Puncár.* Polon. *Pcham kolce.* Vng. *Gyakom tőrőm.* Ang. *To ſtinc, to pricke, to ſting.*] Varro: Admota aſpis quum pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex Pſyllorum eſſe ſtirpe. Plautus Trucul. Næ iſta ſtimulum longè habet quæ uſque illinc cor pungit meum. Cicero pro Scſtio: Gladius qui per ſe pungere non poteſt. ¶ Per tranſlationem etiam de animo dicitur, quum quis ægritudine aliqua afficitur. Cicer. lib. 3 Tuſc. Si ignominia pupugit, ſiquid tenebrarum offudit exilium. Idem ad Atticum libro 13: Tu quid dicis? unum enim pungit, ne negligentiores eſſe videamur. Idem ad Trebatium libro 7: Pungit me turſus, quòd ſcribis eſſe te iſtic libenter. ¶ Hujus compoſita, Compungo, Expungo, & Repungo, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Pūngēns, pungentis, particip. [Pol. *Koliący.*] Plin. lib. 6. cap. 24: Pungentia folia primo.

Pūnctŭs, a, um, aliud participium. [κεκεντημένος. Gall. *Poinct ou piqué.* Ital. *Punto, beccato.* German. Geſtochen oder geſtupfft. Hiſp. *Puncado.* Pol. *Kłuty.* Vngar. *Gyakób, tőrőtt.* Ang. *Pricked, stopped, ſtoued.*] Cic. pro Milone: Vulnus acu punctum.

Pūnctĭo, onis, verbale, f. t. [τὸ κεντεῖν, κέντημα. Gall. *Poinçonure, piquure.* Ital. *Punzimento, puntura.* German. Ein Stich. Hiſpan. *Puncadura.* Polon. *Kłocyie.* Vng. *Gyakadás tőrőtt.* Ang. *A ſtinging or ſtinging.*] Plin. lib. 25. cap. 13: Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones, punctionesq; ne ſentiantur.

Pūnctum, ct, n. ſ. Punctio. Plin. lib. 8. cap. 50: Oculos ſuffuſos capta junci puncto ſanguine exonerat. caper rubi.

Pūnctŭs, us, hujus punctus, m. q. Actus videlicet pungendi punctio. Plin. lib. 29. cap. 6: Muſtelæ etiam oculis puncto erutis, ajunt viſum reverti.

Pūnctĭuncŭla, æ, diminutivum. [τὸ στιγμύνιον. Gall. *Petite piqueure.* Ital. *Picciola puntura.* Germ. Ein ſtüchlin oder ſtupffin. Hiſp. *Pequenna puncadura.* Vng. *Gyakadocska tőrőcske.* Ang. *A little ſtinging.*] Seneca 3. de Ira: Magis ignoſco ei qui vultus inimici, quàm qui punctiunculam concupiſcit.

Pūnĭcus, ca, cum, penult. corr. Poſſeſſivum eſt à Pœnus deductum, quaſi Pœnicus, idem valens quod Carthaginienſis. λιβυφοίνιξ. Pœnorum autem nomen è Phœnicibus derivatum eſt, detracta aſpiratione. ¶ Punica mala, granata: quæ hoc cognomen ſibi circa Carthaginem vendicarunt, ubi & multa & inſignia naſci perhibentur. *ſcilicet.* Granata dicuntur, à granis quibus

bus sunt refecta. Martial. lib. 11 Aut imitata breves Punica malæ rosas. Poma Punica. Ovid. 4. Fast. Rapta tribus, dixit, solvi jejunia granos. Punica quæ in lento cortice poma tegunt. Punica grana. Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 15: Punica sub lento cortice grana rubent. ¶ Punica fides id est, levissima, & nullis sacramentis satis firmata. Pœnorum enim perfidia in proverbium abiit, quòd ea gens peculiariter perjurii, vanitatisq; notata sit. quẽ admodum abundè testatur Liv. lib. 2. belli Pun. ubi ait: Quæ Punica religione servata fides ab Annibale est. Salust. in Iugur. Competio Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spem pacis detinuisse. Vide Erasmum in Chil. Punicum sagum, Horat. Epod. 9. Gloria Punica, Virg. 4. Aeneid.

Pūnĭcĕus, cea, ceum. Quod violæ flammeæ colorem refert. Φοινικοῦν. quod genus coloris & rutilum & spadicem appellari, autor est Gellius libro 3. cap. 9. Sunt enim hæc omnia, ut ille inquit, synonyma, quædam roboris exuberantiam splendoremque significantia. Puniceum autem colorem Latini Græcorum imitatione videntur appellasse: nam illi φοινίκεον nominant. Virgil. 5. Aeneidos: Puniceis ibant evincti tempora tæniis, Idem 3. Eglog. Puniceis humilis quantum saliunca rosetis, ludicio nostro tantum tibi cedit Amyntas. Idem 12. Aeneid. Puniceis invecta rotis aurora rubebat. Plautus Rud. Fiet punicum corium, tibi postea atrum denuò. Colore puniceo matura arbuta. Lucret. lib. 5.

Pūnĭcānus, a, um. Quod est Pœnorum, vel quod ex regione Punica affertur ut lecti Punicani. στρωμνῆς. Cic. pro Muræna: Atque ille suavit pelliculis hœdinis lectos Punicanos.

Pūnĭo, nis, nivi, nitum, act. 9. Pœna afficio, castigo, quod & pœnio dixerunt antiqui. [עבש *banaſah*. τιμωρέομαι. κολάζω. Gall. *Punir, chastier*. Ital. *Punire, castigare*. Ger. Straffen Hispan. *Punir à castigar*. Polon. *Karze*. Vngar. *Megbüntetném*. Ang. *To punish, or chastice*.] Cic. pro Domo sua: Tu cum supplicio puniendum putasti. Idem 1. Offic. Prohibenda autem est maximè ira in puniendo. Plin. Epist. 167: Illi qui puniunt capite, initio statim in alia discedunt.

Pūnītŏr, ĭris, passivum. Ovid. 9. Metam. Quòd videt hæc lucem, quòd non ego punior ipsa, Consilium, monitumq; tuum est: miserere duarum. ¶ Invenitur & punior deponens apud Ciceronem pro Milone: Tu me iratum, Sexte, putas tibi, cujus tu inimicissimum multò crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare. Nonius quoq; citat locum ex officiis lib. 1: Neq; ad ejus qui punitur aliquẽ, aut verbis castigat, sed ad reipublicæ utilitatem referri. Item ex Tusc. lib. 1: Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem quum multi inimicos & mortuos puniuntur. Sic enim legit Nonius.

Pūnīendus, κολαστέος, τιμωρητέος. Cicer. lib. 1. de Orat. Iracundia est cupiditas puniendi doloris.

Pūnītio, onis, Actus puniendi.

Pūnītŏr, oris, m. t. Qui punit. [עבש *banaſah*. κολαστής, τιμωρητής. Gall. *Punisseur, qui punit*. Ital. *Punitore, chi punisce*. German. Ein straffer. Hispan. *Punidor, castigador*. Pol. *Karzą*. Vng. *Bunteto*. Ang. *A punisher*.] Cic. pro Milon. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui.

Pūnītus, ti, nomen. [Vng. *Bunteto*.] Suet. in Tiberio: Nemo punitorum non in Germanias abjectus, uncoque tractus.

Pupă, pæ, f. p. Puella parvula & tenella. [παιδάριον. Gall. *Fillette ou poupée*. Ital. *Puppina, fanciula*. Germ. Ein iung Meydlin oder Töchterlin. Hisp. *Muchacha pequeña, ò muñeca*. Polon. *Dziewczka*. Vngar. *Kisżin leanyotska* item *bab*. Ang. *A poppet*.] Mart. lib. 4: Pupam se dicit Gellia, quum sit anus. Ausonius: Barbara quæ Latias vincis alumna pupas. ¶ Pupas item appellabant imagunculas quasdã puellares quibus virgines in prima pueritia lusitare solebant, donec jam puberitati vicinæ, eas Veneri offerrent. ἀφιερώσιν. Varro in Orig: Ita q; brevi tempore magna pars in desiderium puparum, & sigillorum veniebat. Persius Sat. 2: Dicite pontifices, in sacris quid facit aurum? Nempe hinc, quod Veneri donatæ à virgine pupæ.

Pupillă, læ, f. p. Niger in cornea tunica, atque adeò in medio oculi circulus tunicæ, quæ κόρη à Græcis dicitur, foramini respondens. [κόρη. Gall. *La prunelle de l'œil*. Ital. *Pupilla, luce dell' occhio*. German. Der Augapffel oder Stern des Auges. Belg. Eenen Oogappel. Hisp. *La niñua del ojo*. Polon. *Srzenica*. Vng. *Zém fenyę*. Ang. *The ball or apple of the eye*.] Plin. lib. 11. cap. 37: Media oculorum cornea fenestravit pupilla: cujus angustiæ non sinunt vagari incertam aciem, & veluti canali diriguit, obviaque incidentia facilè declinant, aliis nigra, aliis atra, aliis rufa, aliis glauci coloris orbibus circundatur: ut habili mistura accipiatur circumjecto candore lux. & temperato repercussu non obstrepat. Adeoque ita absoluta vis, ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est ut plærique alitũ membris hominum oculos potissimùm appetant quòd effigiem suam in his cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt. Hactenus Plinius. Cic. 1. de Nat. deor. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut ea quæ cernere possint, facile vitet. Plin. lib. 28. cap. 6: Augurio ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorũ pupillæ imaginem reddant. Eadem & mox pupula dicitur.

Pupillă, læ, f. p. Pupilla. [זוהרה *bazab, zohre*. Gal. *La prunelle de l'œil*. Ital. *Pupilla, luce dell' occhio*. German. Der Augapffel. Hispan. *Niñua del ojo*. Polon. *Srzenica*. Vngar. *Zémfenyę*. Ang. *The ball or apple of the eye*.] Lucret. lib. 2: Et quoniam plagæ quoddã genus exigit in se Pupula, quum fertur dolorem dicitur ictum. Cic. 2. de Nat. deor. Palpebræ quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderet aciem, aptissimè factæ & ad dirigendas pupulas, nequid incideret, & ad aperiendas. Manil. lib. 4: Parvula sic totum pervilit pupula cœlum. Horat. Epod. 15: terminato quum semel fixæ cibo lætabuntur pupulæ.

Pupillus, li, m. s. Impubes qui in patris potestate est, defunctus morte, vel emancipatione: ut docet Pomp. l. Pupillus. Digest. de verb. signific. [יתום *jathom, jeţomim*. Gall. *Pupille, le dessous de quatorze ans*. Ital. *Pupillo, senza padre*. Ger. Ein Mannlich Kind under seinen 14. Jaren ist ein Weisslin. Hisp. *El menor de hasta doze*. Polon. *Sierota*. Vngar. *Arva*. Ang. *One that hath not a father alive, a warde*.] Hujus fœmininum est pupilla. Videntur autem hæ voces à pupus & pupa veluti per diminutionem deductæ, quanvis à primitivorum significatione nonnihil degenerent. Hieronymus: Pupillus dicitur qui non habet patrem: orphanus qui nec patrem habet, nec matrem. Cic. 3. Verr. Is moriatur est, reliquit pupillum parvum filium. Idem in Topic. Non quidadmodum quod mulieri debes, rectè possis eadem modo solvere. Horat. 1. Epist. 1: ut piger annus Pupillis quos dura premit custodia matrum. Cicer. 3. Verr. Ille infantis pupilli fortunas patris ademit.

Pupillāris, re, om. t. Quod est pupilli: ut Pupillaris ætas, pupillare negotium, pupillaris pecunia. [ἡβητικός. Gall. *Appartenant à pupille*. Ital. *Fanciullesco*. Ger. Das einen Weisslin ist. Hisp. *Cosa perteneciente à pupilla*. Polon. *Czyiesz sierocinty*. Vngar. *Arvaé, arvaihoz valo*. Ang. *Belonging to one in ward by reason of nonage*.] Liv. lib. 4. bel. Punic. Pecuniæ quoque pupillares primò, deinde viduarum cœptæ confern.

Puppis, hujus puppis, f. t. Propriè posterior pars navis. [πρῳρεύς. Gal. *La poupe, le derriere de la nauire*. It. *Poppa della nave*. Ger. Das hindertheil des Schiffs. Hisp. *La popa, parte postrera de la nave, ò toda la nave*. Pol. *Tył okrętu, albo okręt*. Vng. *Hatso resze fara*. Ang. *The hinder part of a ship*.] Livius 2. bell. Pun. Nostri omnes, quæ non aut perfregerant proras litori illisæ, aut primas fixerant vadis, relegatas puppibus in alium cursum. ¶ Per synecdochen tamen accipitur pro tota navi. Ovid. 4. de Ponto: Parva mea puppis erat valida fundata carina. Virg. 10. Aeneid. Interea Aeneas socios de puppibus altis Ponitur exponit. Ovid. Epist. 12: Iussus inexpertem Colchos adscendit puppim. ¶ Ponitur aliquando pro reipublicæ administratione, translatione sumpta à gubernatoribus, qui in puppi sedentes, clavum tenent. Cicero ad Papyrium Paetum, lib. 9: Sedebamus enim in puppi, clavumque tenebamus: nunc autem is est in sentina locus.

Pupŭla, Vide PVPILLA.

Pupŭs, m. f. Puer parvulus, & tenellus. [ינק *jonek, melonq*. Gall. *Petit enfant*. Ital. *Fanciullino*. German. Ein iunges Kindlin. Hispan. *Muchacho pequeño, ò mamon*. Pol. *Chłopiątko*. Vngar. *Kisżin gyermek*. Ang. *A babie or image like a young child or a young childe*.] Varr. Mammam lactantis sugentem parcit pupus. Hujus fœmininum est pupa: de qua paulò antè.

Pūpŭlus, *πωδάριον*, & Pupŭla, *παιδάριον*, diminutiva à Pupus & pupa. Catullus: Deprendi modò pupulum puellæ Trium

Purgo, gas, act. p. Mundo, sordibus libero, quasi purum reddo. [נקה *nikkah* הבר *bebar, ekbrosò* מגר *jagar*. Gal. *Purger, nettoyer*. Ital. *Purgare, mondare*. German. Reinigen, seubern. Hispan. *Purgar ò alimpiar*. Polon. *Czyścię*. Vng. *Megtisztitom*. Ang. *To purge, to make clean*.] Colum. lib. 2: Itaque cavarum foramen cum purgavimus undique, adrasos surculos inserimus. Cato cap. 63: Si inquinata erit, lavito cã foliis & stercore purgato. Ovid. de Ponto, Eleg. 9: Nec dubitem longis purgare ligonibus arva. Idem 4. Fastor. Omnia purgat edax ignis, vitiumque metalli Excoquit: sic circo cum duce purgat oves. Horat. 1. Epist. 7: Catello propios purgantem lenius ungues. Purgare alvum, alvi sordes medicamento expellere. Cic. 1. de Nat. deor. Purgatione canis purgare alvos ibes Aegyptiæ dicuntur. Purgare cum genitivo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: novistis mihi nempe purgatum te illius. Purgate pisces. Terent. in Adelph. Cæteros purga, Dromo: congrum istum maximum in aquæ nino ludere paulisper. ¶ Per translationem, purgare quid excusare, ἀπολογεῖσθαι. Idem in Eunuch. Sed heus tu, purgô me de istac Thaidi. Quòd eam me amare suspicata est? Cicero Attic. lib. 1: Quintus frater purgat se mihi per literas. Idem pro Sexto Roscio: Servos ipsos nequaquam reos purgo. ¶ Purgationes dicebatur quando decidantur superbiæ, aut ambitiosæ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

collatione facta accepti & expensi. ¶ Purgare fastidium, est curare & remedium adhibere. Plin. lib. 8. cap. 27: Palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant.

Pūrgātio, onis, verbale. f. 1. Ipse purgandi actus. [ניקוי nikkajón. καθαρσις. Gall. Purgation. Ital. Purgatione. Germ. Ein reinigung. Hispan. Obra de purgar ò alimpiar. Pol. Chedzenie. Vngar. Meg tisztitas. Ang. Purging or making cleane.] ¶ Ponitur aliquando pro excusatione, ἀπολογια, ἀπολογία. Terent. in Heaut. Nescio quid peccati portet hęc purgatio. ¶ Purgationes fœminarum, pro menstruis dixit Plinius libro 20. cap. 4: Purgationibus, inquit, fœminarum, & vesicæ, urinæ utile decoctum.

Pūrgātor, tōris, m. t. [καθαρτης. Vngar. Tisztito.] Apuleius in Apologia: Herculis lustrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor.

Pūrgātōrius, [καθαρτικός. Vngar. Tisztito, tisztitani vale.] Macrobius Comment. lib. 1. cap. 8: Secundæ virtutes, quas purgatorias vocant, hominis sunt, qui divini capax est, solumque animum ejus expediunt, qui decrevit se à corporis contagione purgare.

Pūrgātissimus, [καθαρώτατος. Vng. Igen meg tisztitatot, fölötte tiszta.] Pers. Satyr. 2: Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

Pūrgāmēn, minis, n. t. seu Purgamentum, ti, n. s. Sordes vel immundiciæ, quas rem aliquam purgantes, ejicimus. [אשטורת eschpōth דת dēmen. σαβούρα. Gall. Raillieure, l'ordure & immondicité en ville de la maison. Ital. Sporchezza. Germ. Die auffwäschen in der wüsti vnd vnsauberkeit so man auffwäschet. Hispan. Suziedad, ehimel. Polon. Smiecy. Vngar. Söprelek, szömet. Ang. Filth comming of any thing that is cleansed.] Colum. lib. 1: Sterquilinia quoque duo sunt: Vnum quod nova purgamēta recipiat, & in annum conservet: alterum verò ex quo vetera vehantur. Liv. 1. ab Vrbe: Cloacamq; maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam.

Pūrgābilis, le, om. t. Quod facilè purgatur. [καθαρτός. Gall. Aisé à purger. Ital. Facile da purgare. Germ. Das gut zu seuberen oder zu reinigen ist. Hisp. Cosa que se puede purgar. Pol. La czui do wiebedzenia. Vngar. Kinnyen meg tisztithato. Ang. That is easilie made cleane.] Plin. lib. 15. cap. 23: Rotundior quæ balanitis vocatur, purgabilis maximè, & sponte profillens.

Pūrificō, Pūritas, Vide PVRVS.

Pūrpŭra, ræ, f. p. Piscis ex concharum genere, in faucibus habens liquorem, tingendis lanis maximè expetitum. [πορφυρα porphura. πορφύρα. Gall. Pourpre, soit le poisson ou la teinture qu'on en tire. Ital. Porpora. Germ. Ein Meerschnecke aus des Schweiß oder Purpur farbt. Hisp. La concha de carmesi color ò el mesmo color de carmesi. Polon. Ryba ktora maią etnosi, Szafolowa, do farbowania nakich, farlatu. Vngar. Barsonyos fölöb ízüga barsony. Ang. Purple.] Plin. lib. 9. cap. 36: Purpuræ vivunt annis plurimum septenis. Latent sicut murices, circa Canis ortum tricenis diebus. Conpegantur verno tempore, murumque attritu lenatorem cujusdam ceræ salivant. Simili modo & murices. Sed & Purpuræ fucum illum tingendis expetitum vellibus in mediis habent faucibus. Liquoris hic est minimi in candida vena, unde pretiosus ille bibitur, nigrantis rosæ colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Vivas capere contendant, quia cum vita sua fœcum illum evomunt. Vitruvius autor est, purpuras pro soli proprietate alium atque alium habere colorem: & apud Tyron quidem rubrum, circa Aphricam autem puniceum succū emittere, quo & purpura tingitur, quam violaceam appellant. Cornelius Nepos: Me juvene violaceo purpura vigebat. Primum autem tingendæ Purpuræ initium ad Hercules m referūt Phœnices, teste Iulio Polluce, qui quum Tyro puella comitatus, juxta maris litus iter faceret, accidit ut canis purpuram è mari ejectam nactus, carnem ejus depasceretur: cujus rictum quum Tyro gratissimo colore infectū videret, negavit sibi cū Hercule deinde quippiam futurum, nisi ille coloris ejusmodi vestem sibi attulisset. Cui morem gerens Hercules, primus craocem ex purpuris collegit, lanaque eo infecta, amicæ, quā petierat vestem attulit. ¶ Accipitur quandoq; purpureus pro pulcro. Virgil. 1. Georg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Purpura, à pelago pelagia appellatur. ¶ Purpura antiquitus erat insigne Romanorum magistratuum: quod Martialis affirmat, qui ait: Divisit nostras purpura vestra togas. Vnde aliquando ponitur pro ipsis magistratibus. Idem: Purpura te fœcit, te colit omnis honos.

Pūrpŭrĕus, a, um, ut Purpureus color, qui purpurę succo tinctus est: aut certè qui succi ejus colorem refert: hoc est, qui ex subnigro rubescit. [πορφυρεος. Gall. De pourpre. Ital. Porporino. Germ. Purpurfarb. Hisp. Cosa de carmesi. Polon. Szarlatna farbe maiacy. Vngar. Barsony szinu. Ang. Of purple.] Virgil. 11. Aeneid. Labitur exanguis, labuntur frigida letho Lumina: purpureus quōdam color ora relinquit. ¶ Purpureæ vestes, aliàs Tyriæ dictæ, à loco ubi purpura optimè tingebantur. Plin. libr. 11. cap. 37: Cæsari dictatori quo die primū veste purpurea processit, atq; infelix aurea sedit, sacrificanti bis in extis defuit cor. ¶ Quandoque tamen purpureum pro cæruleo positum legimus, præsertim quum de mari dicitur, ex nimia altitudine nigrescente. Virgil. lib. 4. Georg. In mare purpureum violentior influit amnis. Cic. 4. Acad. Mare illud quod nunc Favonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbatur.

Pūrpŭro, as, n. p. In purpuram vergo. [πορφυρίζω. Gall. Prendre couleur de pourpre, se teindre en pour pre. Ital. Tingersi in porpora. Ger. Sich auff Purpurfarb stehen. Hisp. Colorarse de carmesi. Pol. Dasie sachbe farlatna. Vngar. Barsonyos szinnue lezök. Ang. To become like purple or maxe purple coloured.] Col. lib. 10: Tum quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro, Ponatur viola, & nimium rosa plena pudoris.

Pūrpūrāsco, scis, scere, n. t. idem πορφυρίζω. Cicer. 2. Acad. Quid, mare nónne cæruleum? aut ejus unda, quum pulsa est remis, purpurascit?

Pūrpūrātus, ta, tum, Purpura ornatus. [מרוקם murkam. πορφυροβαφὴς. Gall. Vestu de couleur de pourpre. Ital. Vestito con habito di color porporino. German. Mit Purpur bettindet. Hisp. Vestido de carmesi. Polon. Wporpurze vbrany. Vngar. Barsonyba öltözöt. Ang. Cladde with purple.] Vnde purpurati dicti sunt qui apud principes cæteris dignitate antecuntes, purpurea veste utebantur. Cicer. lib. 1. Tusc. quæst. Libri quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liv. 1. bell. Punici: Cum duce Athenagora uno ex purpuratis. Purpuratus Gabinius, Cicer. 4. Catil.

Pūrpūrārius, ria, rium, Quod ad purpuram pertinet: ut Officina purpuraria, in qua purpura tingitur. [πορφυρικός. Gall. De pourpre. Ital. Di porpore. Germ. Dae zu dem Purpur gehört. Hispan. De carmesi. Polon. Nalezący, do purpure. Vngar. Barsonyhoz valo. Ang. Of purple.] Plin. lib. 35. cap. 6: Alterum genus est in purpurariis officinis.

Pūrpūrissum, si, n. s. Coloris genus, ex creta argentaria, purpuræ succo inebriata: quo & pictores utuntur, & mulierculæ purpureum genarum colorem sibi conciliant. αἱθρίσκιον Aristoteli, & Polluci. [Gall. Creye de mine d'argent teinte de pourpre. Ital. Color finto di porpore. German. Ein angemachte Farb auß Purpur mit deren die Weyber das Angesicht maalen. Hispan. El barrila alconcilla. Vng. Oreza verhösöb kendöző, feöletek, barsony szinre festek. Ang. A kind of purple most pretious.] Plin. lib. 35. cap. 9: Ex reliquis coloribus quos à dominis dari diximus, propter magnitudinē pretii, ante omnes est purpurissum, à cretâ argentario cum purpuris pariter tingitur, bibitq; eum colorem celeriùs lanis.

Pūrpūrīzo, sas, Purpura ioficio. [ארגמן tsillah. αἱθριζω. Gall. Teindre de bresil, ou couleur de pourpre. Ital. Tingere tale colore. German. Mit Purpurfarb färben. Hispan. Colora de brasila alconcilla. Vngar. Barsony festö ízüga vereset meg festöm. Ang. To die purple or to make of the colour of purple.] Plin. in Truc. Istas buccas tam bellè purpurissatas habes. Purpurisso enim utebantur mulieres ad labra & genas rigendas, quemadmodum etiam hodie plerunque fieri videmus.

Pūrus, ra, rum, Mundus, sine sorde. [נקי nakí סהור tahór. καθαρὸς, ἁγνὸς. Gall. Pur, net, clair. Ital. Puro, mundo, semplice. German. Rein / sauber. Belg. Suyver. Hispan. Puro y no mezclado, limpio. Polon. Czysti, szczery. Vngar. Tiszta. Angl. Cleane, undefiled.] Cic. pro Cæcin. Quicquid inde hauries purum, liquidumque te haurire senties. Horat. 3. Carm. Ode 16: Puræ rivus aquæ, silvaque jugerum Paucorum, & segetis certa fides meæ. Cic. 2. de Nat. deor. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aër sit purus, ac tenuis, quàm illorum qui utantur crasso cœlo, atque concreto. ¶ Hinc pura vestimenta à veteribus dicebantur quæ non erant prætexta: purum argentū, quod est sine emblematis & simpliciter laboratum. Cicer. Verr. 6: Emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excussis deliciis, cum argento puro domum revertuntur. ¶ Vlpian. in l. Locum. De rei. & sumpt. func. purum locum esse debuit, qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est. Sic pura oratio, à Terent. in Heaut. prologo, dicitur quæ nihil fœcis barbariæ habeat admistum. ¶ Pura hasta, à Virgil. 6 Aeneid. appellatur quæ est sine ferro, quæ præmium fuit apud antiquos militum eorum qui ex memorabili aliquo prælio victores evasissent. ¶ Pura vasa, à Paulo in l. Si rem. De rei vendica. dicuntur quæ sunt sine emblemate, sine cælatura, & instructione. ¶ Purum judicium à Cicerone, 2. de Invent. ponitur pro simplici & eo cui adjecta non est exceptio. ¶ Hujus contrarium est Impurus, quod modò sordidum, contaminatumque significat ἀνάγνος. Cic. 4. Philip. Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribusfamiliàs in illa terra atq; impura legatione vim attulisse existimatis?

Pūrē, adverbium. Castè, religiosè [καθαρῶς. Gall. Purement, nettement. Ital. Puramente, nettamente. Germ. Seuberlich mit reinigkeit. Hispan. Puramente, limpiamente. Polon. Szczyrze. Vngar. Tisztan. Ang. Purely, cleanely.] Cicero 1. de Nat. deor. Hæc enim omnia pure ac castè tribuenda deorū numini. Idem de Senect. Quietè, purè, & eleganter acta ętas. Loqui purè, & emendatè, Cicer.

de optim. gener. Orator. ¶ Legitur & puriter apud antiquos. Cato de Re ruſt. cap. 23: Succum puriter omnium dicrum pariter in dolia dividito.

Pūrĭme, dixerunt veteres pro puriſſimè ut annotavit Feſtus.

Pūrĭfĭco, as, act. p. Mundo, purum facio. [זהר tsâhâr הבר bebâr נקה nâkkâh καθαίρω, καθαρίζω. Gall. *Purifier*. Ital. *Purificare, mondare*. Ger. Reinigen/ rein oder ſauber machen. Belg. Reynighen. Hiſp. *Aparar, alimpiar*. Pol. *Wyczyſcam, chędożyć czynić*. Vng. *Meg tiſztitom*. Ang. *To mak cleane*.] Sueton. in Auguſt. Pauloque poſt egreſſum, illamq; expergefactam, quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe, & ſtatim in corpore ejus exitiſſe maculam depicti draconis. Plin. lib. 10. cap. 41: Villaribus gallinis & religio ineſt: horreſcunt edito ovo, excutiuntq; ſeſe, & circumactę purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe & ova luſtrant. Idem lib. 8. cap. 1. de elephantis: Autores ſunt, Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem cui nomen eſt Amilo, niteſcente Luna nova, greges eorum deſcendere, ibiq; ſe purificantes ſolenniter aqua circunſpergi, atq; ita ſalutario ſidere in ſylvas reverti.

Pūrĭfĭcātĭo, onis, verbale, f. t. Purgatio. [טהרה tahârâh טהר *tâhar. καθαρισμός, καθαρσία*. Gall. *Purification, purgation*. Ital. *Purificatione*. German. Ein Reinigung. Hiſpan. *Purgation, aparamiento*. Polon. *Oczyſzczenie*. Vngar. *Meg tiſztitas, tiſztulas*. Ang. *A making cleane*.] Plin. lib. 15. cap. 30. de lauro loquens: Eadem & purificationibus adhibetur.

Pūrĭtās, ātis, f. t. Munditia, caſtitas. [טהרה tahârah טהר *tâhar. καθαρία, καθαρότης*. Gall. *Pureté, netteté*. Ital. *Purità, mondità*. Germ. Reinigkeit/ Sauberkeit/ Lauterkeit. Belg. Suyverheyt. Hiſp. *Pureza à limpieza*. Vng. *Tiſztaſág*. Ang. *Cleanneſſe, puritie*.] Cujus contrarium eſt Impuritas: hoc eſt, turpitudo, ſeu improbitas.

Pūrĭtĕr, Vide PVRE.

Pūs, puris, n. t. Sanies coacta, & ex maturitate craſſa jam effecta & albida. [*מוח*. Gall. *La bouë & ordure qui ſort d'vn clou, apoſtume ou ſemblables*. Ital. *Marza, che eſce d'vna apoſtema ò di vn bronſo*. German. Eyter Belg. Eeter. Hiſp. *La putrefaccione ò podre*. Pol. *Ropa*. Vngar. *Ev*. Ang. *The matter or filthineſſe that cometh out of a ſore*.] Plinius libro 28. cap. 11: Si gravitas ſit audiendi, fel bubulum cum urina capræ vel hirci prodeſt, vel ſi pus ſit. ¶ Pus à ſanie diſtinguit Celſ. libro 5. cap. 6. his verbis: Sanguis omnibus notus: ſanies eſt tenuior hoc variè craſſa, & glutinoſa, & colorata: pus craſſiſſima, albidiſſimumque, glutinoſius & ſanguine & ſanie: Exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut jam ſeneſcente: ſanies eſt inter utrunque tempus: pus ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante. Movere pus, eſt pus excitare, & evocare. Celſus: Aliud emplaſtrum eodem nomine puri movendo eſt.

